

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

THEOPHRASTI
CHARACTERES
MARCI ANTONINI COMMENTARII
EPICTETI

DISSERTATIONES AB ARRIANO LITERIS MANDATÆ
FRAGMENTA ET ENCHIRIDION
CUM COMMENTARIO SIMPLICII

CEBETIS TABULA
MAXIMI TYRII DISSERTATIONES
CRÆCE ET LATINE CUM INDICIBUS

THEOPHRASTI CHARACTERES XV ET MAXIMUM TYRIUM
EX ANTIQUISSIMIS CODICIBUS ACCURATE EXCUSSIS EMENDAVIT

FRED. DÜBNER



PARISIIS,
EDITORE AMBROSIO FIRMIN-DIDOT,

INSTITUTI FRANCIE TYPOGRAPHO, VIA JACOB, 56.



888
T5
D85-
1877

THEOPHRASTI CHARACTERES.

MARCUS ANTONINUS.

EPICTETUS. SIMPLICIUS. CEBES.

MAXIMUS TYRIUS.

PARISIIS. — EYCUDEBANT FIRMIN DIDOT. — VIA JACOB, 56.

THEOPHRASTI

CHARACTERES,

MARCI ANTONINI COMMENTARII,

EPICTETI

DISSERTATIONES AB ARRIANO LITERIS MANDATÆ,

FRAGMENTA ET ENCHIRIDION

CUM COMMENTARIO SIMPLICII,

CEBETIS TABŪLA,

MAXIMI TYRII DISSERTATIONES.

GRÆCÆ ET LATINÆ CUM INDICIBUS.

THEOPHRASTI CHARACTERES XV ET MAXIMUM TYRIUM

EX ANTIQUISSIMIS CODICIBUS ACCURATE EXCUSSIS EMENDAVIT

FRED. DÜBNER.



PARISIIS

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT

INSTITUTI FRANCICÆ TYPOGRAPHO.

VIA JACOB, 56

M DCCC LXXVII.

888

Ts-

D85-

1877

PRÆFATIO.

Comprehenduntur in hoc volumine scriptores aliquot de philosophia morali. Quibus THEOPHRASTI *Notationes morum* præmitti non ab re fore putavit eruditissimus auctor Collectionis. Difficillima est autem, etiam post opem a doctissimis et sagacissimis viris certatim allatam, hodieque harum reliquiarum conditio. Nam et singula in codicibus adeo corrupta feruntur, ut multa nondum potuerint satis probabiliter emendari; et de descriptionis totius forma genuina nemo ita disseruit, ut in plenam persuasionem traharis. Equidem, ut verbo dicam quod sentio, pleraque Theophrasti esse arbitror, ipsius etiam verbis dicta, ex opere ῥηθικῶν χαρακτήρων excerpta ab *rhetoribus*. Non est enim de nihilo, quod horum characterum particulæ, tam inter se diversæ, omnes tamen inventæ sunt in codicibus rhetorum Græcorum *). Rutilius de χαρακτηρισμῶ : *Quemadmodum pictor coloribus figuras describit, sic orator hoc schemate aut vitia aut virtutes eorum, de quibus loquitur, deformat*. En igitur χαρακτηρισμοῦ specimina Theophrastea, quæ rhetores quidni proposuerint discipulis ad hanc partem artis informandam? ut Gorgias, quem transtulit Rutilius, non oratoris, sed philosophi Peripatetici exemplo χαρακτηρισμὸν explicabat. Quam rem si reputasset Astius, non librarium finxisset Palatinorum incrementorum scriptorem; neque Fossius, egregius vir, tam multa ἀφ' ἀμάξης in errorem illum coniecisset. Jam vero quum ex indicio, quod significavi, probabile fiat per rhetorum manus delatas ad nos esse reliquias libri Theophrastei (jam Stobæi ætate, ut credere patet, deperditi), sequitur non tantum abesse ab his characteribus interpolationis suspicionem, quantum removet Fossius. Idem tamen præclare vindicavit additamenta Palatina et magnam partem

*) Conf. L. de Sinner, *Notice sur la vie et les ouvrages de Diamant Coray*, p. 7, not. 14.

reliquis dignitate paria esse evicit. Ceterum, ut dixi, verba ipsa Theophrasti superesse puto, valde depravata et aliquot locis interpolata; plurima autem omissa esse et disjecta ab epitomatoribus, adeo ut *ordinem* notarum in notationibus singulis non ita temere tribuam Theophrasto. Verum de hac re quæ dicenda habeo, in aliud tempus remitto: nunc de editione nostra exponendum est.

Quum multi satis pro arbitrio versati essent in his characteribus, hanc mihi legem scripsi in editione notis et apparatu non instructa, ut optimorum codicum scripturæ essem quam tenacissimus; a qua non discederem nisi summa conjecturarum aut necessitate aut evidentia compulsus. Quare corrupta, manca, disjecta multa relinquere malui quam eorum emendandi viam improbabilem sequi. Quindecim characterum codices longe ceteris antiquiores quum Parisiis servantur, operæ pretium facere putavi si consulerem iterum. Ac vidi amicos Needhami non omnia exhausisse, quædam etiam falso tradidisse, ut infra apparebit: sed non ideo sua laude fraudandi sunt, qui in scriptura minutissima et omne genus compendiis intricatissima pleraque recte intellexerint. At recentiores editores miratus sum omnes multis locis temere deseruisse textum Needhami, ad antiquissima documenta constitutum, chartis quibusdam quinti decimi sæculi magis fidentes. Ex iisdem veteribus membranis et aliis codicibus intellexi, ab recentioribus fictam esse usitatam formam titulorum, *περὶ εἰρωνείας, περὶ ἀρεσκείας*: quum scripti libri rectiorem modum præcipiant, *Θεοφράστου χαρακτήρες. εἰρωνείας πρῶτος* (sic antiquissimus A, non α'), *κολακείας β'*, et Palatinus, *ἡ' χαρακτήρ δεισιδαιμονίας*. — Ultra decimum quintum characterem scripti nihil reperitur Parisiis. De Palatino codice vere dixit Orellius: « Illud quoque dolendum, quod Siebenkeesius quum negligenter descripsisset codicem Pal., negligentius etiam ejus curam ediderit Gœzius. » Nam in quinque versibus æri incisis *ter* male legit Siebenkeesius, ut ad Char. XVI notabo; Gœzii autem negligentia omnibus manifesta. Specimen illud codicis Palatini quum ductus quosdam referat, qui mihi non videbantur esse posse librarii Græci, confugi ad doctrinam et humanitatem excellentissimi HASII: qui opinionem meam probavit, et specimen illud male fida manu delineatum ostendit; sed idem, ubi ob summam inconstantiam ductuum satis recentem me putare illum codicem dixi, vetuit, addens, Panopliæ Euthymii Zigabeni codicem Regium

simillima manu scriptum anni nota esse instructum, quæ ad tertium decimum sæculum remittat.

Jam longum esset narrare locos, in quibus vel codicum scripturam reducerim, vel admiserim conjecturas : facile intelligent quorum interest ex libris editis. Præter codices duos, qui decimi sæculi ineuntis esse judicantur, denuo collatos, inspexi etiam Fonteblandensem bombycinum, sæc. XIII, quem in uno tantum loco ab illis discrepantem vidi. Ex his præter levicula quædam retuli omnia quæ apud Needhamum desiderantur vel non vere traduntur. Inserui etiam aliqua ex codice nescio quo Palatino, quem Neveletus contulit cum exemplo editionis Morelli (Lutet. 1583), quod servatur in bibliotheca Regia. Plerumque consentit ille cum Rhedigerano Schneideri.

Proœm. l. 19 Palatinus Neveleti dat ὁ Περικλεις, quod unde in Heinsianum marginem venerit, quærebat Fischerus. — Char. I, l. 3 codex A ἐν τύπῳ, sine ὡς, l. 6, λαβεῖν. 14 codd. βουλευέσθαι, non —σεσθαι. Eorumdem scripturam posui in loco interpolato l. 27, quamvis depravatam. Needhamus falsa retulerat. 29 miro consensu omnes ἡ οὗς ἔχεις. — Char. II, 10 παρακείμενος Pal. Neveleti. — III, 29 ἐπὶ τὸ δεῖπνον cod. A solus. 34 πλοῖμον omnes, et 41 κατ' sine τὰ. Ante Ἀπατούρια articulum præbet Monacensis. — IV, 11 δεινὸς omnes superscripto ὡς, et προαίρων. 19 Casaub. λίαν λέγων. Sigla in codice A non μὲν, sed μενὼν indicat. 25 codd. ὑποκείρασθαι. — V, 41, 42 ita scribuntur in codd., non ut refert Needham. — VI, 12 ἐργασίαν αἰσχρὰν codex A. 16 τοῦτο δ' ἂν omnes, non τοῦτ' ἂν, quod enotatur. 20 cod. A τὴν ἀρχὴν, et 32 idem εἰς λοιδο. 29 omnes —πώλια, non —πωλεῖα. — VII, 45 ἀρχᾶς omnes, etiam Pal. Neveleti. Needhami notationem male cepit Fischerus et post eum alii. 4 omnes προδιηγέσασθαι, et 5 τότε, non ποτε. 13 ἐστι omittit Pal. Neveleti, 18 idem et cod. A ὑμᾶς. — VIII, 23 (et XI, 22) ἀπαντ. etiam Pal. ille. 35 καὶ ἂν omnes. 45 πιθανῶς commode omittit codex A. 44 omnes ταῦτα οἶδε. 48 A προσδεδραμηκέναι. 7, 8 posui τοὺς ἀκούοντας, οὗς οὕτω καταπονοῦσι pro vulgato τοὺς ἀκούοντας οὕτω καὶ καταπονοῦντες. Nostri omnes cum Pal. Nev. καταπονοῦσι. — IX, 12 cod. A κέρδους εἵνεκα, 13 ἀποστειρεῖται, 14 omnes δανείζεται. 18 Τίθεις etiam Pal. Nev. — X, 39 codd. τὰς (B τὲ) κύλικας πόσας, non ut refertur, et 44 non ἀποβαλούσης, sed ἐκβαλούσης. Est autem ἐκβάλλειν *laisser tomber*. 46 pro καλύμματα mire

Pal. Nev. *σκαλίσματα*, et *ο* *θυψιλήματα*, 13 τῶν μετρῶν (sic). — XI, 26 cod. A μεταστρ. ποιήση. — XII, 12, idem τόκον, non τόμον. — XIII, 20 codd. δόξει εἶναι. 23 Orellius ingeniose φενακίσας ἐλεγχθῆναι. 25 Pal. Nev. ὄσον, 28 πορεύεται καταλιπεῖν, 33 βουλεύεσθαι. 39 cod. A παρεστηκότας, non περιεστ. In B compendium turbatum. — XIV, 42 cod. A Ἔστι δὲ καὶ, B ἔστι καὶ, et alii multi alterutro modo (Fischer. p. 106), ut videri possit hanc notationem olim præcessisse alia vitii similis. 4 codd. καὶ ἀπαγγέλλοντος αὐτῷ, nimirum eo cui mandatum est invitare ad exsequias. 12, 13 in loco «conclamato» ceteris probabilior est Astii ratio, qui Corais et Schneideri inventa ita conjunxit, Ἡδὺ γε τῶν ἄστρων ὄζει! ὃ, τι δὴ καὶ οἱ ἄλλοι λέγουσι τῆς γῆς, *quam suavis est siderum odor!* (*quem quidem reliqui dicunt terræ odorem.*) Pal. Nev. καὶ ἄλλοι. — XVI, 38, 39 Siebenkeesius in codice Palatino legit ἐπιχωρῶν falso : postrema litera est οῦ, præcedens videtur esse π, non potest η, et ρω non usquam illo modo exaratur : sed nihil certi extundas e ductibus male redditis ; ἐπιχωῶν που, si ductus spectes, omnium est veri simillimum. Fossius conjecerat (ἐπεὶ) ἐπὶ χοῶν ἦν. 40 δάφνην, non δάφνης, in specimine, et 45 ἱερῶν, non ἱερὸν, neque, ut credidit Schneiderus, ἱερῷ. Quæ ex illo codice accesserunt, in lectorum gratiam a ceteris accurate distinguenda erant. 12 in εἴσω haud dubie vocabulum longe aliud latet. — XIX, 44 in ἀναπίπτοντος corruptum puto participium ejus fere sententiæ quam latine reddidi. 46 servavi σφύζεσθαι, quanquam non satisfacit Orellii defensio. — XX, 9 vulgo probata correctio πᾶν ἔργον vel πᾶν τοῦργον hic locum non habet. 12 etiam Pal. Nev. lacunulam explebat, ex quo enotatur ὑποχρῶ ῥήμασιν. 15 in ἀμφοτέρα οὐκ ἔχοντες quum Fossius ὀρχίπεδα cogitans deleret οὐκ, non meminit loci Luciani, οἳ πολλοὶ εἶναι λέγονται ἀμφοτέρα ἔχοντες, de hermaphroditis, Dial. mer. 5 — XXI (ex Char. V), 17 tres codd. nostri πίθηκον δρέψαι, 21 iidem (et Pal. Nev.) παλαιστριαῖον, 24 ἀποδείξουσιν, 25 ὕστερον ἔπεισιν ἐπὶ τῶν θεωμένων, quæ probabiliter sanavit Needham. — XXIII, 27 εἴθ. scripsi pro καθ', 33 Orellius τοὺς ἀγωνικοὺς π. — XXVIII, 5, 6 in μακρὸν ἀνδριάντα ludi nomen inesse statuerim potius quam mutenί παίζειν, quæ mutatio alias præterea postularet. 9 Orellius ὡς ἂν καὶ ἐκαίνου δὴ ἐπισταμένου. — XXX (sive XI veterum edd.), 36 ἀποδιδόσθαι codex A, non ἀποδόσθαι : nihil igitur differre ab reliquis cen-

sendus. 42 codd. καὶ ξενίων, 46, ὑπὸ, non πρὸ, ἡ ἐκκεκρουμένῳ, sine σ, hæc omnia ut Palatinus. 16 codex A λάβοιεν.

MARCI ANTONINI editionem Schulzianam secuti sumus, ab ipso *Schulzio* passim emendatam et correctam. Idem vir doctissimus ultro nobiscum communicavit translationem latinam prorsus novam, ab ipso diligentissime concinnatam, quæ vulgarem maximo intervallo post se relinquit. Quo nomine persuasum habemus eum summam inivisse gratiam ab lectoribus nostris; qui monendi sunt, asteriscis indicari locos non codicum scripturam, quippe corruptam, latine referentes, sed probabilem conjecturam; in græcis enim Schulzius manuscriptos codices et editiones primas sibi sequendas esse statuit, etiam ubi sententiam pravam aut nullam præberent, perpaucas tantum emendationes admittens.

In *EPICETI Enchiridio* et *CEBETIS Tabula* exprimenda erat editio major *Schweighæuseri*, artis criticæ docte, prudenter et circumspecte exercitæ mirificum exemplar. Cujus quum fundamenta examinare neglexisset summus Coraes, in *Enchiridio* nimium tribuit interpolationibus manifestis. Sed egregias emendationes ejus octo vel novem læti recepimus, et alia quædam correximus ex secundis curis *Schweighæuseri* in *Philosophia Epictetea*. L. Odaxius in translatione latina multa *Cebetis* optime reddiderat; reliqua græcis qualia nunc leguntur accommodavimus.

In *fragmentis* *Epicteti* quæ *Stobæo* debentur, codex *Parisinus* a *Gaisfordo* collatus perutilis fuit: multa exhibet nitidiora, aliqua quæ pro desperatis habebantur vel integra præbet vel proxima integritati. Cujus rei exempla duo commemorabimus. Fragmentum 29 hoc modo edebatur, τὰς σιτήσεις ποιοῦ μὴ ἀνειμένως, καὶ σκυθρωπὰς· ἀλλὰ λαμπράς, καὶ εὐτελεῖς· ἵνα μὴτε διὰ τὰ σωματικὰ αἱ ψυχὰι ταραττωνται φενακίζόμεναι, καὶ τῶν ἡδονῶν σωματικῶν ὀλιγωρῶσιν, ἔπειτα βλάπτωνται, τρυφῶντα μὲν παραυτίκα πλοῦτον, νοσοῦντα δὲ εἰσαυθίς τὰ σώματα. Quæ verba non mirum est si a nemine poterant inte ligi: V. *Schweighæuser*. p. 185 sq. Codicis *Parisini* scripturam distinctione adjuvimus et unius vocis mutatione: legebatur, μὴτε φενακίζόμεναι πρὸς τῶν ἡδονῶν τῶν σωματικῶν ὀλιγωρῶσιν, quod illud incommodi habet, ut præcedentia verba, διὰ τὰ σωματικὰ, et hæc, τῶν σωματικῶν, non prorsus eadem τοῦ σωματικοῦ acceptione dicta sint.

Apparet autem quam facile σωμάτων ob σωματικὰ eadem phrasi inclusai hoc vocabulum abire potuerit. Fragmento 32 legebatur πηδήσασα τῷ σώματι, quod faciliore conjectura sanari poterat quam Schweighæuseriana. Fragmenti 35 finem ita scriptum, ἔνθα δὲ ἂν μὴ παρῇ νῆψις, πειθοῦς τέλος εἰκῇ σε παρέχει διατείνεσθαι, et ab editore sine medicina relictum, idem codex præstat integrum. In fragmento 51, codex brevius, οὐδὲν κρεῖσσον μεγαλοψυχίας, καὶ πρώτης, καὶ φιλοπρωπίας. Fragmenti 169 lacunam sarsimus ex codicibus Heerenii. Fragm. 174, οὐδ' ἡδίων (pro vulg. οὐδὲν δι' ὧν) conjecit etiam Coraes ad Enchir. pag 120.

Fragmenta crucis signo notata dubiæ sunt auctoritatis; ea vero quæ plane nullam habere videbantur, delevimus.

DISSERTATIONES EPICTETI ab *Arriano* literis mandatæ per hanc editionem ceteris parabiliorem jam frequentius et a pluribus lectum iri confidimus, quam adhuc esse lectas repperimus. Nam, nisi fallit opinio ex scriptis eruditorum hominum concepta, pauci virtutem illorum sermonum, Horatianos sæpissime in mentem revocantium, satis cognitam habuerunt. Expressimus *Coraes* recognitionem Schweighæuserianæ recensionis, ita quidem ut in dubia scriptura judicanda utriusque viri docti argumenta examinarem. Et videbatur nobis præstantissimus Græcus triginta fere locis injuria discessisse ab editore Germanico, aliquoties uterque immerito sprevisse quod in melioribus codicibus scriptum exstat. Eximias quasdam conjecturas, quæ delitescabant in Addendis Schweighæuseri et Corais commentario, in eum, quo dignæ erant, locum recepimus. Vocabula quæ asteriscis cinguntur, delenda esse censet Coraes; quæ uncis, de conjectura inseruntur.

SIMPLICII *commentarius in Enchiridion*, iis qui philosophiæ studia auspicantur, utilissimus lectu liber, multis locis emendatus est ex annotatione Schweighæuseri. Numeri in summo margine dextro positi paginas indicant *Schweighæuserianæ*, in lævo, *Heinsianæ* editionis.

MAXIMO TYRIO contigit ut *Dissertationes* ab ipso scriptæ et in optimo codice servarentur et a præstantissimis criticis, *Davisio*, *Marklando*, *Reiskio*, quantum fieri poterat a temporum labe

fiberarentur : nihilominus hodieque vitiis inquinatæ leguntur plurimis , quæ dudum a viris quos nominavi sagacissimis erant sublata. Eorum enim quæ Davisius codicum et ingenii ope in integrum restituerat , pars haud exigua neglecta est ab editore Greshamensi , qui ex defuncti Davisii schedis græca constituit , amplis autem et admirabilibus Marklandi inventis non poterat uti , posterius ad eum transmissis. Neque Reiskio lectorem adjuvare licuit , tum demum appellato , quum editio Londinensis jam tota exscripta esset typis Lipsiensibus. Ita nobis relinquebatur ut Maximum Tyrium multis modis emendatiorem emittere possemus. Quod hac ratione instituimus.

Davisius quum ex codice Regio , cujus plane singularis est præstantia , innumeros locos emendasset , fieri potuisse suspicatus sum ut in tam divite messe spicæ quædam interciderent. Et memineram ill. Boissonadium in Anecdotis aliqua ex iisdem membranis protulisse ; haud dubie quia Davisium fugerant. Expectationem superavit eventus ; codex diligenter excussus integra plurima præbuit pro vitiosis quæ legebantur ; multa etiam , quæ nemo poterat suspecta habere , exquisitius aut nitidius enunciata præstat. Sed longe abest ut omnem offensionem tollat ex delictula dictione hujus scriptoris , quæ criticum sibi poscit in primis subtilem. Ego veritus ne audacius refingendo quæ extra perfectum ferri videbantur , pessumdarem etiam illa quæ maximo jure in orationem græcam recepissem , lenibus modo et summe probabilibus conjecturis locum dedi , ubi vel aperte vitiosa esset scriptura , vel minima mutatione multum nitoris dictioni aut sententiæ accederet. Non raro sciens reliqui vulgatam merito suspectam , sed quam ratiunculis quibusdam speciose tueri posses. Lacunas quoque rarius notavi quam incidisse persuasum habeo. Qua cautione id effeci , ut Maximum multo quam ante emendatiorem sine diffidentia ulla legere possis ; iis autem , qui perpolire hunc scriptorem aggredientur , varietatem optimi codicis cum pulvisculo expromptam offero. De qua priusquam disertius exponam , verbo dicendum est versionem latinam esse ex Heinsiana effectam , cujus viri temeritudo sæpe bilem movit , non mihi soli , sed jam Marklando , ad Dorvillium hæc scribenti (p. 337 ed. Lips. Supplicum) : « Dolet quod elegans hæc , sed vaga versio , vel paraphrasis potius , Heinsii in hac nitida editione (Londi-

nensi). servabitur. Mihi nequaquam placent huiusmodi excursus potius quam versiones, quæ ingenium interpretis quidem demonstrant, sensum auctoris incertum et obscurum, ne dicam intactum aliquando, immo sæpissime, relinquunt. » Hujus licentiæ vestigia vel frequentissimâ immutatione et interpolatione obrui non poterant; et jam pœnitet tam lectorum quam mea gratia me ob Heinsianum nomen Paccii interpretationem neglexisse. Indicem Davisianum, in quo plus centum nomina repperi esse omissa, multum auximus.

Codex Regius est sæculi decimi ineuntis vel exeuntis noni, sine ullo compendio scriptus, « eadem ut videtur manu qua Platonis codex » egregius ejusdem bibliothecæ, quod in schedula codici addita annotatum video. Eum ex antiquissimo libro uncialibus literis scripto derivatum esse hoc indicio colligo: ubi dubium aliquod aut corruptum vocabulum incidit, quod sententiæ tenorem interrumpat aut ab librario non intelligeretur, continuo *accentus omittuntur*. Hinc necessario efficitur aut nostrum librarium aut eum cujus apographum accurate expressit, accentus pinxisse primum, quod fieri non potuit in vocabulis dubiis aut monstrosis. Scholia in margine, argumenta et πίναξ uncialibus literis scripta sunt cum accentuum notis. Ea autem accuratione et integritate est hic liber, ut orthographica ratio ejus universa ab me posset repræsentari, his solummodo exceptis: ἡ ἐφελκυστικῶ, quod ponit ubique; et illis ὅτ' ἄν, ὅ, τι οὖν, οὐκ ἄν, quod præter paucissimos locos scribit pro οὐκ ἄν: infinitivos et optativos aoristi bis terve distinguit, ceterum ubique ποιῆσαι scribit quando debebat ποιήσαι; denique in encliticis fluctuat, modo ἄλλός τις exarans, modo recte: sed in his quoque ea servavi quæ disertis præceptis non refragarentur, in ceteris vero omnibus scito te ipsam scriptionem codicis tenere, nisi aliud significet annotatio. De secunda manu quando loquor, intelligo valde antiquam et primæ fere supparem: est enim alia quoque recentissima, quæ vulgatam modo intulit, modo signis indicavit, a me, ut oportuit, silentio præterita. Quum autem Davisii quoque varietatem ex eodem codice ductam receperim, ita distinxî ut *Regium* vocem quando a me enotata est, *codicem* quando a Davisio. Qui quanquam multo plura inde eruit quam ego, rara tamen est *codicis* mentio, quia pleraque jam in orationem

Maximi transierant, ego autem nihil nisi varietatem codicis et Davisianæ editionis alterius (litera V. indicatæ) refero.

Bis terve ex Heinsii versione intellexi jam lecta fuisse ab ipso quæ in locis illis ex Regio supplebam; similiter Boissonadius, prolatis emendationibus duabus ex codice, in Heinsiana hæc recte scribi addit. Fuerint igitur inter vitia ab nobis sublata quædam Londinensi et Lipsiensi editionibus propria: quam rem alii examinant; mihi ex puro fonte haustus sufficebat. Criticorum principum Marklandi et Reiskii conjecturas plurimas codex accurate excussus confirmavit, quod annotavi ubique, non ut laureis illorum inseram novum aliquod foliolum, sed ut nudem incon- sultos quosdam emendationum ex ingenio natarum obtrectatores et sycophantas.

RELATIO CRITICA DE MAXIMO TYRIO.

Pag. 1. Inscriptio ita concepta in codice. — Lin. 6 δὲ ἔκπῳ Regius. V. πότερόν ἐστιν ἔκπῳ, ex eodem codice, sed scriptura male intellecta. — 14 οὐ γὰρ αἰεὶ παρέξει τοῖς σοφ. προφάσεις scripsi partim cum Davisio. V. οὐ γὰρ ἔξει τοῖς σ. πρόφασις. — 15 ἔριδος Heinsius. Reg. οἰδας (sic). V. διδασκαλίας. — 17 τὰς πρόσδοκίας Marklandus. V. ταῖς προσδοκίαις. — 19 δυσέλπιδες Reiskius. V. δυσάντιδες. — 20 Reg. ἐντετευχηκότες. — 29 ἡ Reg. V. ἡ. — 31 ὁσήμεραι Regius ubique.

Pag. 2. Lin. 3 Reg. αὐτῷ τὸν. — 19 Reg. κάλλισται. — 22 Reg. τετραμμένος, ita ut μενος sit in litura duarum literarum. — 23 Reg. ἐπεφύκεσαν. — 30 εἰκὸς Marklandus addidit. — 49 Reg. ἐκπλῆγης. Idem κατήριπε. V. κατήριπε.

Pag. 3. Lin. 1 cod. καὶ ἡ βασιλεία (sic). — 4 ἐμφορόντο Stephanus. Codd. ἐπιφορόντο. — 7 ὧ Heinsius. Codd. ὡς. — 8 παρεβάλομεν Marklandus. V. παρελάβομεν. — 9 ἡμῖν δρόμον Regius. V. δρόμον ἡμῖν. — 14 δυνήθῃ μὴδὲ μεταβάλλειν. Ἄν δὲ δυν. scripsi partim cum Reiskio. V. δυνήθῃ. Εἰ δὲ μεταβάλλειν μὴ δυν. — 17 Reg. δέ πως. — 20 cod. ἐν ἐκ. Propositionem ejecerat Davisius. — 41 Regius κατέζοντας καὶ παλο. . . (lacuna decem fere literarum) . . . ἐμπιπλάμενους. . . (lac. quinque fere literarum) . . . οἱ ἀκούοντας. — 43 Reg. ταρπομένους. — 47 Reg. ἂ δειλ' οὔτι.

Pag. 4. Lin. 7 Συρακος. . . Regius ubique. —

19 Reg. τῆς ἄλλης. Deinde idem a pr. m. τῇ ἐδρανῇ τὴν, a correctore τὴν ἐδραν ἢ τὴν. — 30 Reg. a pr. m. βέβαιος; ἦ καὶ δ, a correctore ἡ δ. V. βέβαιον ἢ δ. — 31 καὶ βέβαιον Reiskius. V. ὡς βέβ. — 51 sic Reg. V. τρόπος οὗτος. — 52 in ἀρότρων literæ ὅτρω recentes in rasura.

Pag. 5. Lin. 17 Reg. a pr. m. ἄστεως. — 20 τῷ Reg. V. τῶν. — 23 καὶ ἄνθρ. Reg. V. καὶ τῷ ἄνθρ. — 28 πέτασθαι Reg. V. πέτεσθαι. — 30 εἰ γε νενέμ. Reiskius. Cod. εἰ ἐννεμένηται. — 37 pro ἔργα Reg. ἔργα. — 43 προβλημάτων Wakefieldus Silv. cr. III, p. 144. V. περιβλ. Ejusdem γυμῶ pro θυμῶ, l. 42, recipiendum et ipsum fuisse videtur. — 44 ἀσκεπῇ idem Wakefieldus. V. ἀσθενῇ.

Pag. 6. Lin. 4 διασῶζον Heinsius. Cod. ἐωῶζον. — 7 Reg. a pr. m. ποτειμίαν (sic). Ibidem ἡδεται καὶ ὄνος Regius. V. abest ἡδεται. — 14 Reg. initium verbi εὔρες in rasura; ἡδρες videtur fuisse. — 22, 23 sic codex. Addidi lacunæ signa. V. διάλογοί τε θηρίων καὶ ξυνουσίαι. — 26 δὴ τις Reg. V. δέ τις. — 35 ἀμα Heinsius in versione et Reiskius. V. ἀρα. — 37 Reg. ἀν ἡ δ' Ἐπ. — 43 ἀ recenti manu illatum.

Pag. 7. Lin. 5 Reg. om. ἡδονῆς, et 16 τῷ. — 28 ἡ Reg. V. ἡ. — 34 codex μέρη γὰρ, sed η insolentius depressum; in marg. περὶ antiqua manu — 35 μὴ addidit Reiskius, οὐδὲν om. Reg. — 51 Reg. δυσσερασίστερος, in margine repetitum.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

ΜΑΡΚΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

ΤΩΝ ΕΙΣ ΕΑΥΤΟΝ

BIBAION A.

Παρά τοῦ πάππου Οὐήρου, τὸ καλὸν καὶ ἀόρ-
γτον.

β'. Παρά τῆς δόξης καὶ μνήμης, τῆς περὶ τοῦ γεν-
νήσαντος, τὸ αἰδῆμον καὶ ἀρβενικόν.

γ'. Παρά τῆς μητρὸς, τὸ θεοσεβὲς καὶ μεταδοτι-
κόν· καὶ ἐφεκτικόν οὐ μόνον τοῦ κακοποιεῖν, ἀλλὰ καὶ
τοῦ ἐπὶ ἐννοίας γίνεσθαι τοιαύτης. Ἐτι δὲ τὸ λιτόν
κατὰ τὴν δαίταν καὶ πόβρω τῆς πλουσιακῆς διαγω-
γῆς.

δ'. Παρά τοῦ προπάππου, τὸ μὴ εἰς δημοσίας δια-
τριβὰς φοιτῆσαι· καὶ τὸ ἀγαθοῖς διδασκάλοις κατ' οἴ-
κον χρῆσασθαι, καὶ τὸ γινῶναι, ὅτι εἰς τὰ τοιαῦτα δεῖ
ἐκτενῶς ἀναλίσκειν.

ε'. Παρά τοῦ τροφῆως, τὸ μῆτε Πρασιανὸς, μῆτε
Βενετιανὸς, μῆτε παλμουλάριος ἢ σκουτάριος γενέ-
σθαι· καὶ τὸ φερέπονον καὶ ὀλιγοδεὲς καὶ αὐτοουργικόν·
καὶ τὸ ἀπολύτρωτον καὶ τὸ δυσπρόσδεκτον διαβο-
λῆς.

ς'. Παρά Διογνήτου, τὸ ἀκονόσπουδον· καὶ τὸ ἀπι-
στητικόν τοῖς ὑπὸ τῶν τερατευσμένων καὶ γοήτων περὶ
ἐπωδῶν, καὶ περὶ δαιμόνων ἀποπομπῆς καὶ τῶν τοιού-
των λεγομένων· καὶ τὸ μὴ ὀρυγοτροφεῖν, μηδὲ περὶ
τὰ τοιαῦτα ἐπτοῆσαι· καὶ τὸ ἀνέχεσθαι παρρησίας· καὶ
τὸ οἰκωθῆναι φιλοσοφίᾳ καὶ τὸ ἀκοῦσαι, πρῶτον μὲν
Βακχίου, εἴτα Τανδάσιδος καὶ Μαρκιανοῦ· καὶ τὸ
γράφει διαλόγους ἐν παιδί· καὶ τὸ ἀκίμποδος καὶ δο-
ρὰς ἐπιθυμῆσαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα τῆς Ἑλληνικῆς ἀγω-
γῆς ἐχόμενα.

ζ'. Παρά Ρουστίκου, τὸ λαβεῖν φαντασίαν τοῦ
χρῆζειν διορθώσεως καὶ θεραπείας τοῦ ἤθους· καὶ τὸ
μὴ ἐκτραπῆναι εἰς ζῆλον σοφιστικόν, μηδὲ [τὸ] συγ-
γράφειν περὶ τῶν θεωρημάτων, ἢ προτρεπτικὰ λογα-
ρια διαλέγεσθαι, ἢ φαντασιοπλήκτως τὸν ἀσκητικόν, ἢ
τὸν εὐεργετικόν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι· καὶ τὸ ἀποστῆ-
ναι ῥητορικῆς, καὶ ποιητικῆς, καὶ ἀστευολογίας· καὶ
τὸ μὴ ἐν στολῇ κατ' οἶκον περιπατεῖν, μηδὲ τὰ τοιαῦτα
παθεῖν· καὶ τὸ τὰ ἐπιστολὰ ἀφελῶς γράφειν, ὅσον τὸ
ἐπ' αὐτοῦ τούτου ἀπὸ Σινουέσσης τῇ μητρὶ μου γραφέν·
καὶ τὸ πρὸς τοὺς χαλεπήναντας καὶ πλημμελέσαντας
ἐναντιότητος καὶ εὐδιαλλάκτως, ἐπειδὴν τάχιστα αὐ-
τὸ ἐπανελθεῖν ἐθέλῃσαι, διαχεῖσθαι· καὶ τὸ ἀκριβῶς
ἀναγινώσκειν, καὶ μὴ ἀρκεῖσθαι περινοοῦντα ὁλοσχερῶς·
μηδὲ τοῖς περιλαλοῦσι τάχως συγκατατίθεσθαι· καὶ
τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητεῖσι ὑπομνήμασιν, ὧν οἶκον
μετέωκε.

M. ANTONINUS.

MARCI ANTONINI

IMPERATORIS

COMMENTARIORUM

QUOS IPSE SIBI SCRIPSIT,

LIBER PRIMUS.

1. *Avi Veri exemplo operam me dare oportet, ut suavi-
bus sim moribus neque irae indulgeam.*

2. *Existimatione et recordatione genitoris mei ad vere-
cundiam et animum viro dignum excitari debeo.*

3. *In matre exemplum habui, pietatis in Deos et libera-
litas; abstinentiae non solum a malo perpetrando, verum
etiam cogitando; tum frugalitatis in victu, quae ab opulen-
torum vita et consuetudine longissime abeat.*

4. *A proavo habui, quod publicos litterarum ludos non
frequentavi, et domi bonis praecceptoribus usus sum, atque
intellexi, in talibus rebus non parcendum esse impensis.*

5. *Ab educatore, ne in circo spectator Prasianus aut
Venetianus neve parmularius aut scutarius fierem, ut la-
bores sustinerem, paucis indigerem, ipse operi manus
admoverem, rerum alienarum non essem curiosus, nec fa-
cile delationem admitterem.*

6. *Diognetus me monuit, ne studium in vanas res con-
ferrem neque iis fidem haberem, quae a praestigiatoribus et
impostoribus de incantationibus et daemonum expulsionem
aliisque ejus generis rebus narrantur; neque coturnices ale-
rem, neve insana talium rerum admiratione tenerer; ut
libere dicta aequo animo ferrem, philosophiae me addicerem
et primum quidem Bacchium, deinde vero Tandasidem et
Marcianum audirem; ut dialogos puer adhuc scriberem, ut
grabatum et pellem et ejus generis omnia, quae ad Graecam
disciplinam pertinent, expeterem.*

7. *Rustico debeo, quod in cogitationem veni, mihi
morum emendatione et curatione opus esse; quod neque
ad aemulationem sophisticam declinavi, neque de theore-
matis commentatus sum, aut exhortatorias orationes
declamavi, aut virum strenue exercitia subeuntem munifi-
cum me ostentando homines in admirationem mei rapere
studui; quod a rhetoricae, poesis et elegantioris dictionis
studio abstinui; quod non elegantiore veste indutus domi
incedo; quod epistolas simpliciter scribo instar ejus, quam is
ipse Sinuessa ad matrem meam dedit; quod, si qui me irrita-
verint aut aliquid deliquerint, iis placabilem et ad reconci-
liandum facilem me praebere, simul atque in gratiam redire
volunt; quod diligenter legere soleo, non contentus sum-
maria rei intelligentia, neque garrulis properanter assen-
tior; quod commentarios Epicteti legi, quorum mihi ipsi
copia fecit.*

η'. Παρὰ Ἀπολλωνίου, τὸ ἐλεύθερον καὶ ἀναμφι-
βολικὸν ἀκύνετον καὶ πρὸς μηδὲν ἄλλο ἀποδλέπειν,
μηδὲ ἐπ' ὀλίγον, ἢ πρὸς τὸν λόγον· καὶ τὸ αἰεὶ ὁμοίον,
ἐν ἀληθείᾳ ὀξείας, ἐν ἀποβολῇ τέχνης, ἐν μακρῶς
νόσοις· καὶ τὸ ἐπὶ παραδείγματος ζῶντος ἰδεῖν ἐναργῶς,
ὅτι δύναται ὁ αὐτὸς σφοδρότατος εἶναι καὶ ἀνείμενος·
καὶ τὸ ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι μὴ δυσχεραντικόν· καὶ τὸ ἰδεῖν
ἄνθρωπον σαφῶς ἐλάχιστον τῶν ἑαυτοῦ καλῶν ἡγούμε-
νον τὴν ἐμπειρίαν, καὶ τὴν ἐντρέχειαν τὴν περὶ τὸ πα-
ραδιδόναι τὰ θεωρήματα· καὶ τὸ μαθεῖν, πῶς δεῖ λαμβά-
νειν τὰς δοκούσας χάριτας παρὰ φίλων, μῆτε
ἐξητιώμενον διὰ ταῦτα, μῆτε ἀναίσθητως παραπέμ-
ποντα.

θ'. Παρὰ Σέξτου, τὸ εὐμενές καὶ τὸ παράδειγμα
τοῦ οἴκου τοῦ πατρονομουμένου· καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ
κατὰ φύσιν ζῆν· καὶ τὸ σεμνὸν ἀπλάστως· καὶ τὸ στο-
χαστικὸν τῶν φίλων κηδεμονικῶς· καὶ τὸ ἀνεκτικὸν τῶν
ιδιωτῶν, καὶ τὸ ἀθεώρητον τῶν οἰομένων· καὶ τὸ πρὸς
πάντας εὐάρμοστον, ὥστε κολακείας μὲν πάσης προση-
γέστην εἶναι τὴν δουλίαν αὐτοῦ, αἰδεσιμώτατον δὲ
αὐτοῖς ἐκείνοις παρ' αὐτὸν ἐκείνον τὸν καιρὸν εἶναι· καὶ
τὸ καταληπτικῶς καὶ ὁδῶ ἐξευρετικόν τε καὶ τακτικόν
τῶν εἰς βίον ἀναγκαίων δογμάτων· καὶ τὸ μηδὲ ἔμφασιν
ποτε ὀργῆς, ἢ ἄλλου τινὸς πάθους παρασχεῖν, ἀλλὰ ἅμα
μὲν ἀπαθέστατον εἶναι, ἅμα δὲ φιλοστοργότατον· καὶ τὸ
εὐφημον, καὶ τοῦτο ἀφοφητὶ· καὶ τὸ πολυμαθὲς ἀνεπι-
φάντως.

ι'. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ γραμματικοῦ, τὸ ἀνεπί-
πληκτον· καὶ τὸ μὴ ὀνειδιστικῶς ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν
βάρβαρον, ἢ σόλοικόν τι. ἢ ἀπηχῆς προενεγκαμένων,
ἀλλ' ἐπιδεικνύειν αὐτὸ μόνον ἐκεῖνο, ὃ ἔδει εἰρῆσθαι, προ-
φέρεσθαι, ἐν τρόπῳ ἀποκρίσεως, ἢ συνεπιμαρτυρήσεως,
ἢ συνδιαλήψεως περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, οὐχὶ περὶ
τοῦ ῥήματος, ἢ δι' ἑτέρας τινὸς τοιαύτης ἐμμελοῦς πα-
ρπομπήσεως.

ια'. Παρὰ Φρόντωνος, τὸ ἐπιστῆσαι, οἷα ἡ τυραν-
νικῇ βασιλείᾳ, καὶ ποικιλίᾳ, καὶ ὑπόκρισι, καὶ ὅτι ὡς
ἐπίπαν οἱ καλούμενοι οὗτοι παρ' ἡμῖν εὐπατρίδαι, ἀστορ-
γότεροι πῶς εἰσὶ.

ιβ'. Παρὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πλατωνικοῦ, τὸ μὴ πολ-
λάκις, μηδὲ χωρὶς ἀνάγκης λέγειν πρὸς τινα, ἢ ἐν ἐπι-
στολῇ γράφειν, ὅτι ἀσχολός εἰμι· μηδὲ διὰ τούτου τοῦ
τρόπου συνεχῶς παραιτεῖσθαι τὰ κατὰ τὰς πρὸς τοὺς
συμβιούοντας σχέσεις καθήκοντα, προβαλλόμενον τὰ πε-
ριστώτα πράγματα.

ιγ'. Παρὰ Κατούλου, τὸ μὴ ὀλιγώρως ἔχειν φίλου
αἰτιωμένου τι, καὶ τυχὴ ἀλόγως αἰτιώμενος, ἀλλὰ πει-
ρᾶσθαι καὶ ἀποκαθιστάναι ἐπὶ τὸ σύνθετος· καὶ τὸ περὶ
τῶν διδασκάλων ἐκθύμως εὐφημον, οἷα τὰ περὶ Δομι-
τίου καὶ Ἀθηνοδότου ἀπομνημονευόμενα· καὶ τὸ περὶ τὰ
τέχνα ἀληθινῶς ἀγαπητικόν.

ιδ'. Παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ μου Σεουήρου, τὸ φιλοῖκειον,
καὶ φιλάληθες, καὶ φιλοδίκαιον· καὶ τὸ δι' αὐτὸν γινῶναι
Θρασίαν, Ἑλβίδιον, Κάτωνα, Δίωνα, Βρούττον, καὶ

8. Apollonii exemplo didici liberum esse et sine divi-
tatione cautum et circumspectum, neque aliud quidquam
vel minimum respicere, nisi rationem; mei similem semper
esse in doloribus acerrimis, in prolis amissione, in morbis
diuturnis; eidem acceptum refero, quod mihi contigit, ut
in vivo exemplo perspete viderem, eundem et constantissi-
mum esse posse et remissum; in eo vidi studium in enar-
randis philosophorum scriptis a morositate alienum atque
conspexi hominem, qui peritiam ac sollertiam qua in tra-
dendis theorematibus pollebat, manifesto honorum suorum
minimum existimabat; ab eo didici, quomodo beneficia,
quæ putantur, ab amicis sint accipienda, ut neque propter-
ea addicti fiamus, neque ea sine grati animi sensu præ-
termittamus.

9. In Sexto suspexi benevolentiam et exemplum domus
paterno affectu administratæ, et intelligentiam vitæ secun-
dum naturam institutæ, et gravitatem non simulatam;
item sollicitam in explorandis amicorum necessitatibus dili-
gentiam; tolerantiam erga imperitos et temere opinantes;
studium ejus ad omnes se accommodandi, ita ut consuetudo
ejus omni adulatione gratior esset, eodemque tempore
iisdem maxime venerandus videretur; artem per notiones
claras et perspicuas via ac ratione præcepta ad vitæ usum
necessaria reperiendi et ordine collocandi: idem neque iræ
unquam neque alius cujusquam perturbationis indicium de-
dit, sed simul et affectibus maxime immunis et amantissi-
mus fuit, bonæ famæ studiosus, idque sine strepitu, et eru-
ditus sine ostentatione.

10. Alexandrum Grammaticum observavi ab increpati-
onibus sibi temperare, neque probrose vituperare, qui bar-
barum aut solæcium aliquid vel absonum proferunt, sed
dextre id modo, quod dici debet, proponere, aut respon-
dendi aut confirmandi aut de re ipsa, non de verbo, deli-
berandi specie usum, aut alia ejusmodi scita commonefa-
ctione.

11. A Frontone didici intelligere, qualis sit tyrannorum
invidentia et versutia et simulatio; eosque, qui a nobis
patricii appellantur, ut plurimum a genuino paterni animi
affectu alieniores esse.

12. Ab Alexandro Platónico, ne sæpe nec nisi necessitate
coactus alii dicerem vel in epistola scriberem, me esse
occupatum, neque hac ratione continuo recusarem officia,
quæ rationes ad eos, quibuscum viverem, exigèrent, ne-
gotia urgentia prætendens.

13. A Catulo, ne parvi facerem amicum aliquid culpam-
tem, etiam si forte temere culparet, quin etiam periculum
facerem eum in pristinum statum restituendi; item ut li-
benter præceptorum laudes celebrarem, quemadmodum de
Domitio et Athenodoto memoriæ proditum est; ut liberos
meos sincera pietate prosequerem.

14. A fratre meo Severo, propinquorum et veritatis et
justitiæ studiosum esse: per eundem Thraseam, Helvidium,
Catonem, Dionem, Brutum cognovi et animo concepti imagi-

φαντασίαν λαβεῖν πολιτείας ἰσονόμου, κατὰ ἰσότητα καὶ ἰσηγορίαν διοικουμένης, καὶ βασιλείας τιμώσης πάντων μέλιστα τὴν ἐλευθερίαν τῶν ἀρχομένων· καὶ ἔτι παρ' αὐτοῦ τὸ ὁμαλὲς καὶ ὁμότονον ἐν τῇ τιμῇ τῆς φιλοσοφίας· καὶ τὸ εὐποητικόν, καὶ τὸ εὐμετάδοτον ἔκτεναι, καὶ τὸ εὐελπι, καὶ τὸ πιστευτικόν περὶ τοῦ ὑπὸ τῶν φίλων φιλεῖσθαι· καὶ τὸ ἀνεπίκρυπτον πρὸς τοὺς καταγνώσεως ὑπ' αὐτοῦ τυγχάνοντας· καὶ τὸ μὴ δεῖσθαι στοχασμοῦ τοὺς φίλους αὐτοῦ περὶ τοῦ, τί θέλει ἢ τί οὐ θέλει, ἀλλὰ δῆλον εἶναι.

ιε'. Παρὰ Μαξίμου, τὸ χραιεῖν ἑαυτοῦ, καὶ κατὰ μηδὲν περίφορον εἶναι καὶ τὸ εὐθυμον ἐν τε ταῖς ἀλλαις περιστάσεσι, καὶ ἐν ταῖς νόσοις· καὶ τὸ εὐκρατον τοῦ ἥθους, καὶ μειλίχιον, καὶ γεραρόν· καὶ τὸ οὐ σχετλίως καταργαστικόν τῶν προκειμένων· καὶ τὸ πάντας αὐτῷ πιστεύειν, περὶ ὧν λέγοι, ὅτι οὕτως φρονεῖ, καὶ περὶ ὧν πράττει, ὅτι οὐ κακῶς πράττει· καὶ τὸ ἀθαύμαστον, καὶ ἀνέκπληκτον, καὶ μηδαμοῦ ἐπειγόμενον, ἢ ὀκνοῦν, ἢ ἀμηχανοῦν, ἢ κατ' ἄφρον, ἢ προσεσπρόν, ἢ πάλιν θυμώμενον, ἢ ὑφορώμενον· καὶ τὸ εὐεργετικόν, καὶ τὸ συγγνωμονικόν, καὶ τὸ ἀψευδές, καὶ τὸ ἀδιαστροφῶν μᾶλλον, ἢ διορθουμένου φαντασίαν παρέχειν· καὶ ὅτι οὔτε ὥσθι ἂν ποτέ τις ὑπερορᾷσθαι ὑπ' αὐτοῦ, οὔτε ὑπέμεινειν ἂν κρείττονα αὐτοῦ αὐτὸν ὑπολαβεῖν· καὶ τὸ εὖ χαριεντίζεσθαι.

ις'. Παρὰ τοῦ πατρὸς, τὸ ἡμερον, καὶ μενετικόν ἀσαλεύτως ἐπὶ τῶν ἐξητασμένων κριθέντων· καὶ τὸ ἀκνέδορον περὶ τὰς δοκούσας τιμὰς· καὶ τὸ φιλόπονον καὶ ἐνδελεχές· καὶ τὸ ἀκουστικόν τῶν ἔχοντων τι κοινωφελές· εἰσφέρειν· καὶ τὸ ἀπαρτρέπτως τοῦ κατ' ἀξίαν ἀπονεμετικόν ἐκάστῳ· καὶ τὸ ἐμπειρον, ποῦ μὲν χρεῖα ἐντάσεως, ποῦ δὲ ἀνέσεως· καὶ τὸ παῦσαι τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας τῶν μεираχίων· καὶ ἡ κοινωφροσύνη· καὶ τὸ ἐρεῖσθαι τοῖς φίλοις μήτε συνδειπνεῖν αὐτῷ πάντως, μήτε συναποδῆμειν ἐπάναγκας· αἰεὶ δὲ ὁμοῖον αὐτὸν καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τῶν διὰ χρεῖας τινὰς ἀπολειφθέντων· καὶ τὸ ζητητικόν ἀκριβῶς ἐν τοῖς συμβουλοῖς, καὶ ἐπιμονον, ἀλλ' οὐ τὸ προαπέστη τῆς ἐρεύνης, ἀρκεσθεῖς ταῖς προχείροις φαντασίαις· καὶ τὸ διατηρητικόν τῶν φίλων, καὶ μηδαμοῦ ἀψίχορον, μηδὲ ἐπιμανές· καὶ τὸ αὐταρχεῖν ἐν παντί, καὶ τὸ παιδρόν· καὶ τὸ πόρρωθεν προνοητικόν, καὶ τῶν ἐλαχίστων προδικητικόν ἀτραγῶδως· καὶ τὸ τὰς ἐπιποθήσεις καὶ πᾶσαν χολακίαν ἐπ' αὐτοῦ σταλῆναι· καὶ τὸ φυλακτικόν αἰεὶ τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀρχῇ, καὶ ταμειυτικόν τῆς γορηγίας, καὶ ὑπομενετικόν τῆς ἐπὶ τοιούτων τινῶν κατατιτάσεως· καὶ τὸ μήτε περὶ [τοῦ] Θεοῦ δεισιδαιμόν, μήτε περὶ ἀνθρώπων· δημοκοπητικόν, ἢ ἀρεσκευτικόν, ἢ ὀχλοχαρές, ἀλλὰ νῆρον ἐν πᾶσι, καὶ βέλαιον, καὶ μηδαμοῦ ἀπειροχάλον, μηδὲ καινοτόμον. Καὶ τὸ τοῖς εἰς εὐμάρειαν βίου φέρουσιν τι, ὧν ἡ τύχη παρέχει δαψίλειαν, χρηστικόν αὐτοῦ ἑμα καὶ ἀπροφασίστως, ὥστε παρόντων μὲν ἀνεπιτηδεύτως ἀπτεσθαι, ἀπόντων δὲ μὴ δεῖσθαι, καὶ τὸ μηδὲ ἵν τινα εἰπεῖν, μήτε ὅτι σοφιστής, μήτε ὅτι οὐδενάχλος,

nem reipublicae liberæ, in qua æquis legibus et eodem jure omnia administrantur, et regni, quod civium libertatem omnium maxime æstimet; præterea ab eodem, æqualem et constantem esse in studio philosophiæ; benefacere et impense largiri, bene sperare et neutiquam dubitare de amicorum amore: is quoque non usus est dissimulatione erga eos, qui vituperandi videbantur, neque amicis ejus opus erat, ut quid vellet aut nollet, conjectura assequerentur, sed id apertum fuit.

15. In Maximo *cognovi* illud, sui compotem esse neque ulla re transversum abripi; animo esse bono tum in aliis rebus adversis, tum in morbis; moribus uti et suavitate et gravitate bene temperatis; negotia, quæ impendent, non gravate perficere. Quidquid ille dixit, id ex animi sententia eum dicere, et quidquid egit, id consilio non malo eum agere, omnes persuasum habebant: porro nihil admirari et ad nihil obstupescere; nec festinare neque cunctari neque consilii expertem aut dejectum esse, neque nunc hilarem esse et rursus irasci et suspiciosum esse; liberalem esse et promptum ad ignoscendum; mendacium fugere, atque hominis non eversi potius, quam erecti specimen exhibere: neque quemquam ab eo contemptui se habitum existimasse, neque ausum esse se illi præferre; denique honeste urbanum esse.

16. A patre mansuetudinem et innotam in iis, quæ diligenter considerata sunt, perseverantiam, vanæ gloriæ ab opinatis honoribus quæsitæ contemptum, amorem laborum et assiduitatem, animum promptum ad audiendos eos, qui aliquid, quod ad publicam utilitatem spectat, afferant, firmam constantiam in tribuendo cuique, quod ejus dignitas postulat, peritiam, ubi intentione opus sit, ubi remissione: coercere amores puerorum; civilitati morum studere; amicis concedere, ut neque cunctæ semper adsint neque in itineribus sese necessario comites præbeant; semper similem sui deprehendi ab iis, qui necessitate aliqua impediti ab eo abfuere; in consiliis diligenter inquirere atque constanter, neque vero « destitit ab indagatione contentus obvia rerum specie. » Amicos retinendi studiosum esse, eos nec fastidio mutantem nec perditæ amantem; contentum esse in omnibus et vultu serenum; e longinquo prospicere et etiam ad minima administranda parari sine strepitu; acclamationes et omnem adulationem sub eo repressam esse; opes reipublicæ necessarias semper conservare, sumptus publicos parce erogare et æquo animo ferre quorundam his de rebus reprehensiones; neque circa deos superstitiosum esse, neque circa homines popularem auram captantem, blandientem, plebem demerentem, sed sobrium in omnibus et constantem, nusquam ineptum nec novitatis studiosum; rebus, quæ ad vitæ cursum faciliorem reddendum faciunt, quarum copiam uberissimam affert fortuna, sine fastu pariter atque sine excusatione uti, ita ut præsentibus sine affectatione frueretur, absentibus non indigeret; nec dicere posse quemquam, sophistam eum fuisse aut vernam aut schola-

μήτε ὅτι σχολαστικός, ἀλλ' ὅτι ἀνὴρ πέπειρος, τέλειος, ἀκολάκευτος, προσεστάναι δυνάμενος καὶ τῶν ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ τὸ τιμητικὸν τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐκ ἐξονειδιστικόν, οὐδὲ μὴν εὐπαράγωνον ὅτ' αὐτῶν ἔτι δὲ τὸ εὐόμιλον, καὶ εὐχαρί οὐ κατακόρυς· καὶ τὸ τοῦ ἰδίου σώματος ἐπιμελητικὸν ἐμμέτρως, οὔτε ὥς ἂν τις φιλόζωος, οὔτε πρὸς καλλωπισμὸν, οὔτε μὴν ὀλιγώρως· ἀλλ' ὥστε διὰ τὴν ἰδίαν προσοχὴν εἰς ὀλίγιστα ἱατρικῆς χρήζειν, ἢ φαρμάκων καὶ ἐπιθεμάτων ἐκτός. Μάλιστα δὲ τὸ παραχωρητικὸν ἀδασκάνως τοῖς δυνάμειν τινα κεκτημένοις, οἷον τὴν φραστικὴν, ἢ τὴν ἐξ ἱστορίας νόμων, ἢ ἐθῶν, ἢ ἄλλων τινῶν πραγμάτων· καὶ συσπουδαστικὸν αὐτοῖς, ἵνα ἕκαστοι κατὰ τὰ ἰδία προτερήματα εὐδοκιμῶσι· πάντα δὲ κατὰ τὰ πάτρια πράσσων, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο ἐπιτηδεύων φαίνεσθαι, τὸ τὰ πάτρια φυλάσσειν. Ἐτι δὲ τὸ μὴ εὐμετακίνητον καὶ ῥιπταστικόν, ἀλλὰ καὶ τόποις, καὶ πράγμασι τοῖς αὐτοῖς ἐνδιαιτριπτικόν· καὶ τὸ μετὰ τοὺς παροξυσμοὺς τῆς κεφαλαλγίας, νεαρὸν εὐθὺς καὶ ἀκμαῖον πρὸς τὰ συνήθη ἔργα· καὶ τὸ μὴ εἶναι αὐτῷ πολλὰ τὰ ἀπόβρῃτα, ἀλλὰ ὀλίγιστα καὶ σπανιώτατα, καὶ ταῦτα ὑπὲρ τῶν κοινῶν μόνον· καὶ τὸ ἔμφρον καὶ μεμετρημένον ἐν τε θεωρίῳ ἐπιτελέσει, καὶ ἔργῳ κατασκευαῖς, καὶ διανομαῖς, καὶ τοῖς τοιοῦτοις ἀνθρώποις πρὸς αὐτὸ [δὲ] τὸ δέονπραχθῆναι δεδορκότες, οὐ πρὸς τὴν ἐπὶ τοῖςπραχθεῖσιν εὐδοξίαν. Οὐκ ἐν ἁρωί λούσσης, οὐχὶ φιλοκοδόμος, οὐ περὶ τὰς ἐδωδὰς ἐπινοητής, οὐ περὶ ἐσθίων ὑφὰς καὶ χροῶς, οὐ περὶ σωματίων ὥρας. Ἡ ἀπὸ Λαυρίου στολὴ ἀνάγρουσα ἀπὸ τῆς κάτω ἐπαύλεως, καὶ τῶν ἐν Λαυνοβίῳ τὰ πολλὰ τῷ τελῶνι ἐν Τούσλοις καραιτουμένῳ ὡς ἐχρήσατο, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος τρόπος. Οὐδὲν ἀπηνές, οὐδὲ μὴ ἀδυσώπητον, οὐδὲ λάβρον, οὐδὲ, ὡς ἂν τινα εἴπειν ποτε, « ἕως ἰδρώτος »· ἀλλὰ πάντα διελημμένα λελογίσθαι, ὡς ἐπὶ σχολῆς, ἀταράχως, τεταγμένως, ἐβρωμένως, συμφώνως ἑαυτοῖς. Ἐφάρμοσσε δ' ἐν αὐτῷ τὸ περὶ τοῦ Σωκράτους μνημονεύμενον, ὅτι καὶ ἀπέχεσθαι καὶ ἀπολαβεῖν ἐδύνατο τούτων, ὧν πολλοὶ πρὸς τε τὰς ἀποχὰς ἀσθενῶς, καὶ πρὸς τὰς ἀπολαύσεις ἐνδοτικῶς ἔχουσι. Τὸ δὲ ἰσχυεῖν καὶ ἔτι καρτερεῖν καὶ ἐννήφειν ἑκατέρῳ, ἀνδρός ἐστιν ἀρτίον καὶ ἀήττητον ψυχὴν ἔχοντος, οἷον ἐν τῇ νόσῳ τῇ Μαξίμου.

ιζ'. Παρὰ τῶν Θεῶν, τὸ ἀγαθοὺς πάππους, ἀγαθοὺς γονεάς, ἀγαθὴν ἀδελφὴν, ἀγαθοὺς διδασκάλους, ἀγαθοὺς οἰκείους, συγγενεῖς, φίλους, σχεδὸν ἅπαντας ἔχειν. Καὶ ὅτι περὶ οὐδένα αὐτῶν προέπεισον πλημμελεῖσθαι τι, καίτοι διαθέσιν ἔχων τοιαύτην, ἀφ' ἧς, εἰ ἔτυχε, καὶ ἐπραξά τι τοιοῦτο· τῶν Θεῶν δὲ εὐποιῖα, τὸ μηδμίαν συνδρομὴν πραγμάτων γενέσθαι, ἧτις ἐμελλέ με λέγειν. Καὶ τὸ μὴ ἐπὶ πλέον ἐκτραφῆναι παρὰ τῇ παλλακῇ τοῦ πάππου· καὶ τὸ τὴν ὥραν διασωῆσθαι· καὶ τὸ μὴ πρὸ ὥρας ἀνδρωθῆναι, ἀλλ' ἔτι καὶ ἐπιλαβεῖν τοῦ χρόνου. Τὸ ἀρχοντι καὶ πατρὶ ὑποταχθῆναι, ὅς ἐμελλε πάντα τὸν τύπον ἀφαιρῆσαι μου, καὶ εἰς ἐννοίαν ἀζειν

aticum, sed virum maturum, perfectum, adulatione superiore, qui et suis et aliorum rebus praesesse posset. Praeter haec vere philosophantes colere, ceteros neque probro afficere neque tamen ab iis transversum abripi; porro suavem esse in vitae consuetudine et festivum nec vero ad fastidium usque; corpus suum cum temperantia quadam curare, non ut vitae avidum, aut ad ornatum luxumve, neque tamen negligenter, quo factum est, ut propter suam diligentiam in paucissimis arte medicorum remediisve internis et externis opus haberet. Potissimum autem sine invidia loco cedere, si qui maiore quadam facultate pollebant, ut eloquentia aut doctrina juris morumve aut aliarum rerum cognitione, et simul cum iis operam dare, ut singuli pro iis, quibus quisque excelebat, facultatibus, existimationem consequerentur; omnia more majorum agere, ne illud quidem ipsum affectantem, ut morem majorum servare videretur; tum porro non facile moveri et huc illuc jactari, sed in iisdem et locis et negotiis immorari; post vehementissimos capitis dolores statim juvenilem ac vegetum ad consuetam negotia redire; non multa habere arcana, sed paucissima ac rarissima, eaque tantum ad res publicas spectantia; prudentiam ac moderationem in muneribus edendis, operibus exstruendis, congiariis largiendis et ejusmodi rebus, * quae sunt hominis id ipsum quod agi oportet nec vero laudem e rebus gestis efflorescentem spectantis; non intempestive balneis uti, non de aedibus exstruendis laborare, non de cibariis curiosum esse neve vestimentorum textura et colore neve de servitorum specie; * vestem e Lorio, villa inferius sita, et Lanvinis villis ei plerumque in usu fuisse; erga portitorem Tusculanum deprecantem quomodo se gesserit, et qualis fuerit omnis sic agendi ratio. Nihil immitte, nihil inverecundum, nihil vehemens, neque ut dixeris « usque ad sudorem: » sed omnia singulatim sumpta esse perpensa, quasi per otium, sine perturbatione, ordine, constantia, convenienter inter se. Conveniret in eum, quod de Socrate memoriae traditum est, eum et abstinere et frui potuisse iis, quibus plerique nec abstinere per infirmitatem nec frui sine intemperantia possunt; posse autem in altero robustum, in altero temperantem ac sobrium se praestare, id vero viri est firmo animo invictoque praediti, qualem se in Maximi morbo praestitit.

17. A Diis bonos avos, bonos parentes, bonam sororem, bonos praecipitores, bonos familiares, necessarios, amicos, omnes fere habui: *iisdem debeo*, quod in neminem eorum temere quidquam deliqui, quamquam ita animo affectus, ut, si res tulisset, utique ejusmodi aliquid admissem, sed deorum benevolentia non ita ceciderunt res, ut in reprehensionem incurrerem; quod non diutius apud pellicem aventritus sum, et quod aetatis florem indelibatam servavi nec ante justum tempus virilitatis specimen dedi, sed ultra etiam distuli; quod principi ac patri subjectus fui, qui

τοῦ, ὅτι δυνατόν ἐστίν, ἐν αὐλῇ βιοῦντα μήτε δορυφορήσεων χρῆζειν, μήτε ἐσθήτων σημειωτῶν, μήτε λαμπράδων, καὶ ἀνδριάντων [τοιῶνδ' ἐτινων], καὶ τοῦ ὁμοίου κόμπου· ἀλλ' ἔξεστιν ἐγγυτάτω ιδιώτου συστέλλειν ἑαυτὸν, καὶ μὴ διὰ τοῦτο ταπεινότερον, ἢ ῥαθυμότερον ἔχειν πρὸς τὰ ὑπὲρ τῶν κοινῶν ἡγεμονικῶς πραχθῆναι δέοντα. Τὸ ἀδελφοῦ τοιοῦτου τυχεῖν, δυναμένου μὲν διὰ ἡθους ἐπεγεῖραί με πρὸς ἐπιμέλειαν ἑμαυτοῦ, ἅμα δὲ καὶ τιμῇ καὶ στοργῇ εὐφραίνοντός με· τὸ παιδίᾳ μοι ἔφυγ' μὴ γενέσθαι, μηδὲ κατὰ τὸ σωματίον διάστροφα· τὸ μὴ ἐπὶ πλεόν με προκόψαι ἐν ῥητορικῇ, καὶ ποιητικῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασιν, ἐν οἷς ἴσως ἂν κατεσχέθην, εἰ ἡσθόμην ἑμαυτὸν εὐδόκως προϊόντα. Τὸ ρθᾶσαι τοὺς τροφείας ἐν ἀξιώματι καταστῆσαι, οὗ δὴ εὐδοκούν μοι ἐπιθυμῶν, καὶ μὴ ἀναβαλέσθαι ἐλπίδι τοῦ με, ἐπεὶ νέοι ἔτι ἦσαν, ὕστερον αὐτὸ πράξειν. Τὸ γινῶναι Ἀπολλώνιον, Ρουστικόν, Μάξιμον. Τὸ φαντασθῆναι περὶ τοῦ κατὰ φύσιν βίου ἐναργῶς καὶ πολλᾶκις, οἷός τις ἐστὶ· ὥστε, ὅσον ἐπὶ τοῖς Θεοῖς, καὶ ταῖς ἐκείθεν δόσεσι καὶ συλλήψεσι καὶ ἐπιπνοαῖς, μηδὲν κωλύειν ἥδη κατὰ φύσιν ζῆν με, ἀπολείπεσθαι δὲ ἔτι τούτου παρὰ τὴν ἐμὴν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὴν μὴ διατηρεῖν τὰς ἐκ Θεῶν ὑπομνήσεις, καὶ μονονουχὶ διδασκαλίας· τὸ ἀντισχεῖν μοι τὸ σῶμα ἐπὶ τοσοῦτον ἐν τοιοῦτῳ βίῳ· τὸ μήτε Βενεδίκτης ἀψασθαι, μήτε Θεοδότου, ἀλλὰ καὶ ὕστερον ἐν ἐρωτικῶις πάθεσι γενόμενον ὑγιᾶναι· τὸ χαλεπήναντα πολλᾶκις Ρουστικῷ, μηδὲν πλεόν πράξει, ἐφ' ᾧ ἂν μετέγνων· τὸ μέλλουσαν νέαν τελευτᾶν τὴν τεκοῦσαν, ὅμως οἰκῆσαι μετ' ἐμοῦ τὰ τελευταῖα ἔτη. Τὸ δασάκις ἐβουλήθην ἐπὶ ὑρῆσαι τινι πενομένῳ, ἢ εἰς ἄλλο τι χρῆζοντι, μηδέποτε ἀκούσαι με, ὅτι οὐκ ἐστὶ μοι χρήματα, ὅθεν γένηται· καὶ τὸ αὐτῷ ἔμοι χρεῖαν ἡμοίαν, ὡς παρ' ἐτέρου μεταλαβεῖν, μὴ συμπεσεῖν· τὸ τὴν γυναῖκα τοιαύτην εἶναι, οὕτως μὲν πειθύνιον, αὐτῷ δὲ φιλόστοργον, αὐτῷ δὲ ἀφελῇ· τὸ ἐπιτηδείων τροφῶν εἰς τὰ παιδία εὐπορῆσαι. Τὸ δι' ὄνειράτων βοηθήματα δοθῆναι, ἅλλα τε, καὶ ὡς μὴ πτύειν αἷμα καὶ μὴ Διγχιᾶν, καὶ τούτου ἐν Καίτη ὥσπερ χρῆσθ' ὅπως τε ἐπεθύμησα φιλοσοφίας, μὴ ἐμπεσεῖν εἰς τινα σοφιστήν, μηδὲ ἀποκαθίσαι ἐπὶ τοὺς συγγραφεῖς, ἢ συλλογισμοὺς ἀναλύειν, ἢ περὶ τὰ μετεωρολογικὰ καταγίνεσθαι. Πάντα γὰρ ταῦτα θεῶν βοηθῶν καὶ τύχης δέονται.

Τὰ ἐν Κουάδοις πρὸς τῷ Γρανούῳ.

BIBAION B.

Ἐωθεν προλέγειν ἑαυτῷ· Συντεύζομαι περιέρῳ, ἡχαρίστῳ, ὕβριστῇ, δολερῷ, βραχύνῳ, ἀκρινῶν ἡτῳ. Πάντα ταῦτα συμβέβηκεν ἐκείνοις παρὰ τὴν ἀγνοίαν τῶν ἀγαθῶν καὶ κακῶν. Ἐγὼ δὲ, τεθωρηκὼς τὴν φύσιν τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καλόν, καὶ τοῦ κακοῦ, ὅτι αἰσχρὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ ἁμαρτάνοντος φύσιν, ὅτι μοι συγγενὴς, ὡχρὶ αἵματος ἢ σπέρματος τοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ

mihī omnem fastum demeret et ad intelligentiam adduceret, posse in aula ita degi, ut nec satellitio nec vestitu insigniore nec facibus nec stautis et simili ornatu opus sit; posse principem ita contrahere sese, ut proxime ad privati vilam accedat, nec tamen propterea demissius vel remissius negotia publica imperatorie administrare; quod mihī contigit frater, qui moribus suis me ad curam mei excitaret, honore autem et suo in me affectu me exhilararet; quod liberi mihī neque ingenio tardi neque corpore distorti nati sunt; quod non longius progressus sum in rhetorica, poetica et reliquis studiis, quæ me fortasse plane detinuissent, si me feliciter in iis proficere sensissem; quod eos, a quibus educatus sum, ad honores, quos expetere ipsi mihī videbantur, evehere festinavi, nec spe eos lactavi, me, quum juvenes adhuc essent, id in posterum facturum; quod cognovi Apollonium, Rusticum, Maximum; quod imago vitæ secundum naturam instituta, qualis esset, clare et frequenter animo meo observata est; ita ut, quod ad Deos ac dona, auxilla et consilia ab iis mihī oblata attinet, nihil obstitit, quominus jam pridem naturæ convenienter viverem; quod vero nondum id assequutus sim, id mea culpa atque inde quod Deorum submonitiones et tantum non clarissima præcepta neglexi, acciderit; quod in vita, qualis ea fuit, corpus mihī tamdiu perduravit; quod nec Benedictam nec Theodotum attigi, sed etiam postea affectibus amatoris correptus ad sanitatem redii; quod, quamquam Rustico sæpe succensus, nihil ultra admisi, cujus me poeniteat; quod mater mea, quum mature decessura esset, mecum tamen ultimos ætatis annos transegit; quod, quoties pauperi aut alius rei indigo opitulari detuebam, nunquam audiui, mihī deesse pecuniam, unum ad facerem, et quod non ulla mihī unquam talis necessitas obtigit, ut ab alio sumere cogerer; et quod talis mihī uxor contigit, tam obsequens, tam amans, tam simplex; quod abunde mihī suppetiverunt viri ad liberos educandos idonei; quod per insomnia mihī remedia data sunt cum alia tum adversus sanguinis excretionem et capitis vertiginem, * idque Caietæ tanquam * chresæ; quod, quum animus ad philosophiam adjecissem, non in sophistam incidi, neque in scriptoribus et syllogismis resolvendis tempus deses contrivi, neque cælestibus curiose perscrutandis detentus sum. Hæc enim omnia Deorum auxilio et fortuna indigent.

Hæc apud Quados ad Granuanī.

LIBER II.

1. Mane sibi prædicere: Incidam in curiosum, ingratum, contumeliosum, fraudulentum, invidum, insociabilem: omnia ista *vita* iis ex ignorantia bonorum et malorum eveniunt; ego vero, qui perspectam habeo naturam boni, honestum id esse, ac mali, turpe id esse, porro naturam ipsius qui peccat, eum mihī esse cognatum, non sanguinis aut seminis ejusdem, sed mentis ac divinæ particulæ

τοῦ, καὶ θαίας ἀπομοίρας μέτοχος, οὔτε βλαθῆναι ὑπὸ τίνος αὐτῶν δύναμαι· αἰσχυρῶ γὰρ με οὐδεὶς περιβαλεῖ· οὔτε ὀργίζεσθαι τῷ συγγενεῖ δύναμαι, οὔτε ἀπέγθεσθαι αὐτῷ. Γεγόναμεν γὰρ πρὸς συνεργίαν, ὡς πόδες, ὡς χεῖρες, ὡς βλέφαρα, ὡς οἱ στοίχοι τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω ὀδόντων. Τὸ οὖν ἀντιπράσσειν ἀλλήλοις, παρὰ φύσιν· ἀντιπρακτικὸν δὲ τὸ ἀγανακτεῖν καὶ ἀποστρέφεσθαι.

β'. Ὁ τί ποτε τοῦτό εἰμι, σαρκία ἐστὶ καὶ πνευματίον, καὶ τὸ ἡγεμονικόν. Ἄφες τὰ βιβλία· μηκέτι σπῶ. Οὐ δέδοται· ἀλλ' ὡς ἦδη ἀποθνήσκων, τῶν μὲν σαρκίων καταφρόνησον· λύθρος καὶ δσάτια, καὶ κροκύφαντος, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτων. Θεάσαι δὲ καὶ τὸ πνεῦμα, ὅποιόν τί ἐστίν· ἀνεμός· οὐδὲ ἀεὶ τὸ αὐτό, ἀλλὰ πάσης ὥρας ἐξεμούμενον, καὶ πάλιν ῥοπούμενον. Τρίτον οὖν ἐστὶ τὸ ἡγεμονικόν. Ὡς δὲ ἐπινοήθητι· γέρον εἴ· μηκέτι τοῦτο ἔασης δουλεύσαι· μηκέτι καθ' ὁρμὴν ἀκοινώνητον νευροσπασθηθῆναι· μηκέτι τὸ εἰμαρμένον, ἢ παρὸν δυσχερᾶναι, ἢ μέλλον ὑποδύεσθαι.

γ'. Τὰ τῶν θεῶν προνοίας μεστά. Τὰ τῆς τύχης οὐκ ἄνευ φύσεως, ἢ συγκλώσεως καὶ ἐπιπλοκῆς τῶν προνοίᾳ διοικουμένων. Πάντα ἐκείθεν βεῖ· πρόσσεσι δὲ τὸ ἀναγκαῖον, καὶ τῷ ὅλῳ κόσμῳ συμφέρον, οὐ μέρος εἴ. Παντὶ δὲ φύσεως μέρει ἀγαθόν, ὃ φέρει ἢ τοῦ ὅλου φύσις, καὶ ὃ ἐκείνης ἐστὶ σωστικόν. Σώζουσι δὲ κόσμον, ὥσπερ αἱ τῶν στοιχείων, οὕτως καὶ αἱ τῶν συγκριμάτων μεταβολαί. Ταῦτά σοι ἀρκέτω, ἀεὶ δόγματα ἔστω. Τὴν δὲ βιβλίῳν διψᾶν ῥίψον, ἵνα μὴ γογγύζων ἀποθάνης, ἀλλὰ ὡς ἀληθῶς καὶ ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς θεοῖς.

δ'. Μέμνησο, ἐκ πόσου ταῦτα ἀναβάλλῃ, καὶ ὁποσάκις προθεσμίᾳ λαβὼν παρὰ τῶν θεῶν, οὐ χρᾶ αὐταῖς. Δεῖ δὲ ἦδη ποτὲ αἰσθῆσθαι, τίνος κόσμου μέρος εἴ, καὶ τίνος διοικούντος τὸν κόσμον ἀπόρροια ὑπέστης· καὶ ὅτι ὁρος ἐστὶ σοι περιγεγραμμένος τοῦ χρόνου, ὃ ἔαν εἰς τὸ ἀπαιθριάσαι μὴ χρήσῃ, οἰχίσεται, καὶ οἰχίσῃ, καὶ αὖθις οὐχ ἤξεται.

ε'. Πάσης ὥρας φρόντιζε στιβαρῶς, ὡς Ῥωμαῖος καὶ ἄβρην, τὸ ἐν χερσὶ μετὰ τῆς ἀκριβοῦς καὶ ἀπλάστου σεμνότητος, καὶ φιλοστοργίας, καὶ ἐλευθερίας καὶ δικαιοσύνης πράσσειν· καὶ σχολὴν σαυτῷ ἀπὸ πασῶν τῶν ἄλλων φαντασιῶν πορίζειν. Ποριεῖς δὲ, ἂν, ὡς ἐσχάτην τοῦ βίου, ἐκάστην πρᾶξιν ἐνεργῆς, ἀπηλλαγμένην πάσης εἰκασιότητος, καὶ ἐμπαθοῦς ἀποστροφῆς ἀπὸ τοῦ αἰρούντος λόγου, καὶ ὑποκρίσεως, καὶ φιλαυτίας, καὶ δυσαρεστήσεως πρὸς τὰ συμμεμοιραμένα. Ὅρᾳς, πῶς ὀλίγα ἐστίν, ἂν χρητήσας τις δύναται εὖρουν καὶ θεοῦ διβῶσαι βίον; καὶ γὰρ οἱ θεοὶ πλέον οὐδὲν ἀπαιτήσουσι παρὰ τοῦ ταῦτα φυλάσσοντος.

ς'. Ὑβριζε, ὑβριζε ἑαυτὴν, ὧς ψυχῇ· τοῦ δὲ τιμῆσαι σεαυτὴν οὐκέτι καιρὸν ἔξεις· εὖ γὰρ ὁ βίος ἐκάστω. Οὗτος δὲ σοι σχεδὸν διήνυσται, μὴ αἰδομένην σεαυτὴν, ἀλλ' ἐν ταῖς ἄλλων ψυχαῖς τιθεμένη τὴν σὴν εὐμοιρίαν.

participem; nec a quoquam eorum laedi possum: in id enim, quod turpe est, nemo eorum me conijciat; neque ei, qui mihi cognatus est, succensere possum eumque odio persequi: nam ad mutuam operam nati sumus, ut pedes, ut manus, ut palpebrae, ut ordines superiorum et inferiorum dentium. Itaque invicem sibi adversari contra naturam est; adversantis autem est indignari et aversari.

2. Hoc quicquid tandem sum, caruncula est et anima et animi principatus. Missos fac libros: noli amplius distrahi; sed ut jam moriens carunculam contemne: cror est et ossicula et reticulum, ex nervis, venutis et arteriis contextus. Quin etiam animam contemplare, qualis sit: spiritus, nec semper idem, sed quod singulis momentis evomitur et resorbetur. Tertia igitur pars est animi principatus; ad hunc igitur animum intende: senex es; noli pati, ut ille amplius serviat, aut amplius impetu insociabili raptetur, aut amplius fatum vel praesens inique ferat vel futurum horreat.

3. Deorum opera providentia plena; quae fortuna accidunt, non sejuncta a natura seu complexu et implexu rerum, quae a providentia administrantur. Inde omnia fluunt. Accedit autem id, quod necessarium est et id, quod universo mundo, cujus tu pars es, conducit; unicuique vero parti bonum, quod natura universi fert et quod ad hanc conservandam facit; conservant autem mundum ut elementorum ita etiam concretarum rerum mutationes. Haec tibi sufficiant, semper decreta sunt: librorum autem sitim pelle, ne murmurans moriaris, sed vere placidus Diisque ex animo gratias agens.

4. Memento, quamdiu haec distuleris, et quoties a diis, opportunitates nactus iis non usus sis. Oportet tandem aliquando sentias, cujus mundi pars sis et abs quo mundi rectore delibatus substiteris; tum vero, circumscriptum tibi esse terminum temporis, quo nisi ad serenitatem usus fueris, id abibit et tu abibis; neque unquam tibi redibit.

5. Singulis horis animo in id incumbe, ut firmiter, quem admodum decet Romanum et virum, id quod in manibus est, cum diligente nec ficta gravitate, pietate, liberalitate et justitia peragas tibi quae otium ab omnibus aliis cogitationibus redimas; redimes autem, si quasi ultimam vitae quamcunque actionem peregeris procul remotam ab omni temeritate et animi commoti aversione ab imperante ratione et simulatione et nimio tui studio et aegritudine suscepta ex iis, quae a fato tribuuntur. Vides quam pauca sint, quae si quis tenet, leniter fluentem et divinae similem vitam degere potest; etenim Diis nihil plus requirent ab eo, qui haec observat.

6. Ignominia, ignominia te ipse affice, anime! honorem autem tibi vindicandi tempus non amplius habebis: fugit enim vita unicuique; hac autem tibi tantum non exacta est, nullam tui ipsius reverentiam habenti et in aliorum animis felicitatem tuam collocanti.

ζ'. Περιπαῖ τί σε τὰ ἔξωθεν ἐπιπίπτοντα· [καί] σχολὴν παρέχεσθαι τοῦ προσμνησθέντος ἀγαθόν τι, καὶ παύσαι βεβηκόμενος. Ἦδη δὲ καὶ τὴν ἐτέραν περιφορὰν φυλακτέον. Ἀηροῦσι γὰρ καὶ διὰ πράξεων οἱ κακῆ-
κότες ἐν τῷ βίῳ, καὶ μὴ ἔχοντες σχολὴν, ἐφ' ὃν πᾶσαν
δρῆμιν καὶ καθάπαξ φαντασίαν ἀπευθυνοῦσιν.

η'. Παρὰ μὲν τὸ μὴ ἐπιστάνειν, τί ἐν τῇ ἄλλου ψυχῇ
γίνεται, οὐ βραδίως τις ὥφθη κακοδαιμονίων· τοὺς δὲ
τοῖς τῆς ἰδίας ψυχῆς κινήμασι μὴ παρακολουθοῦντας
ἀνάγκη κακοδαιμονεῖν.

θ'. Τούτων αἰεὶ δεῖ μεμνησθαι, τίς ἡ τῶν ὄλων φύσις,
καὶ τίς ἡ ἐμὴ, καὶ πῶς αὕτη πρὸς ἐκείνην ἔχουσα, καὶ
ὅποιόν τι μέρος ὁποίου τοῦ ὄλου οὔσα, καὶ ὅτι οὐδεὶς ὁ
κωλύων τὰ ἀκόλουθα τῇ φύσει, ἥς μέρος εἰ, πράσσειν
τε αἰεὶ καὶ λέγειν.

ι'. Φιλοσόφως ὁ Θεόφραστος, ἐν τῇ συγκρίσει τῶν
ἀμαρτημάτων, ὡς ἂν τις κοινότερον τὰ τοιαῦτα συγ-
κρίνει, φησὶ, βαρύτερα εἶναι τὰ κατ' ἐπιθυμίαν πλημ-
μελούμενα τῶν κατὰ θυμόν. Ὁ γὰρ θυμούμενος μετὰ
τινος λύπης καὶ λεληθυίας συστολῆς φαίνεται τὸν λόγον
ἀποστρεφόμενος· ὁ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν ἀμαρτάνων, ὅφ'
ἡδονῆς ἡττώμενος, ἀκολαστότερός πως φαίνεται καὶ
θρῦλότερος ἐν ταῖς ἀμαρτίαις. Ὁρθῶς οὖν καὶ φιλο-
σοφίᾳς ἀξίως ἔφη, μείζονος ἐγκλήματος ἔχεισθαι τὸ μετ'
ἡδονῆς ἀμαρτανόμενον, ἥπερ τὸ μετὰ λύπης· ὅπως τε ὁ
μὲν προηδικημένῳ μάλλον ἔοικε, καὶ διὰ λύπην ἡναγ-
κασμένῳ θυμωθῆναι· ὁ δὲ αὐτόθεν πρὸς τὸ ἀδικεῖν ὤρ-
μηται, φερόμενος ἐπὶ τὸ πράξαι τινα κατ' ἐπιθυμίαν.

ια'. Ὡς ἡδὴ δυνατοῦ ὄντος ἐξέναι τοῦ βίου, οὕτως
ἐκαστα ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι. Τὸ δὲ ἐξ ἀνθρώπων
ἀπελθεῖν, εἰ μὲν θεοὶ εἰσιν, οὐδὲν δεινόν· κακῶν γὰρ σε
οὐκ ἂν περιβάλοιεν· εἰ δὲ ἦτοι οὐκ εἰσιν, ἡ οὐ μέλει
αὐτοῖς τῶν ἀνθρωπείων, τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ
θεῶν, ἢ προνοίας κενῆ; Ἀλλὰ καὶ εἰσὶ, καὶ μέλει αὐ-
τοῖς τῶν ἀνθρωπείων· καὶ τοῖς μὲν κατ' ἀληθειαν κα-
κοῖς ἵνα μὴ περιπίπτῃ ὁ ἀνθρώπος, ἐπ' αὐτῷ τὸ πᾶν
ἔθεντο· τῶν δὲ λοιπῶν εἰ τι κακὸν ἦν, καὶ τοῦτο ἂν προί-
δοντο, ἵνα ἐπὶ πάντῃ τὸ μὴ περιπίπτειν αὐτῷ. Ὁ δὲ
χεῖρῳ μὴ ποιεῖ ἀνθρώπον, πῶς ἂν τοῦτο βλῶν ἀνθρώ-
που χεῖρῳ ποιήσκειν; Οὐτε δὲ κατ' ἄγνοίαν, οὐτε εἰδυῖα
μὲν, μὴ δυναμένη δὲ προφυλάσσειν ἢ διορθώσασθαι
ταῦτα, ἢ τῶν ὄλων φύσις παρεῖδεν ἂν· οὔτε ἂν τηλι-
κοῦτον ἡμαρτεν, ἦτοι παρ' ἀδυναμίαν, ἢ παρ' ἀτε-
γίαν, ἵνα τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ ἐπίσης τοῖς τε ἀγαθοῖς
ἀνθρώποις καὶ τοῖς κακοῖς πεφυρμένως συμβαίνει. Θά-
ντος δὲ γε καὶ ζωῆ, δόξας καὶ ἀδοξίας, πόνους καὶ ἡδονῆς,
πλούτους καὶ πενίας, πάντα ταῦτα ἐπίσης συμβαίνει
ἀνθρώπων τοῖς τε ἀγαθοῖς καὶ τοῖς κακοῖς, οὕτε καλὰ
ἦντα, οὕτε αἰσχρά. Οὐτ' ἀρ' ἀγαθὰ, οὕτε κακὰ ἐστί.
ιβ'. Πῶς πάντα ταχέως ἐναφανίζεται, τῷ μὲν κό-
σμῳ αὐτὰ τὰ σώματα, τῷ δὲ αἰῶνι αἱ μνημαὶ αὐτῶν,
ὡς ἐστὶ τὰ αἰσθητὰ πάντα, καὶ μάλιστα τὰ ἡδονῇ δε-
λεάζοντα, ἢ τῷ πόνῳ φοβούμενα, ἢ τῷ τύφῳ διαβεβοη-
μένα· πῶς εὐτελεῖ καὶ εὐκαταφρόνητα, καὶ ῥυπαρά,

7. Distrahunt te quæ extrinsecus incidunt. — Otium tibi
concede ad discendum boni aliquid et desine in gyrum cir-
cournagi. Jam vero etiam alia circumcursatio cavenda; nam
ii quoque nugantur, qui labore in vita defatigantur nec
scopum habent, quo omnem impetum omninoque mentem
dirigant.

8. Idcirco, quod non animadvertit ea, quæ in aliis animo
aguntur, non facile quisquam repertus est infelix; illos au-
tem, qui sui animi motus non percipiunt, necesse est infe-
lices esse.

9. Horum semper oportet memorem esse, quæ sit rerum
universitatis natura, quæ mea, quo pacto se hæc ad illam
habeat et qualis pars qualis universitatis sit, et neminem
esse, qui te prohibeat, quominus ea, quæ naturæ, cujus
pars es, consentanea sunt, et facias et loquaris.

10. Subtiliter Theophrastus in comparandis peccatis,
prout quis populari quadam ratione hæc inter se contulerit,
dicit, graviora esse, quæ ex cupiditate committantur, quam
quæ ex ira. Iratum enim cum dolore quodam et occulta
animi contractione rationem aversari, manifestum est;
qui autem ex cupiditate peccat, a voluptate victus, intem-
perantior quodam modo et effeminatior apparet in peccatis.
Recte igitur et philosophiæ convenienter dixit, majori cri-
miniesse, quod cum voluptate peccetur, quam quod cum
dolore; omninoque alter ei magis similis videtur, qui antea
injuriæ passus et dolore ad irascendum coactus est, alter
sua sponte ad lædendum accedit, cupiditate ad aliquid
faciendum ductus.

11. Quasi fieri possit, ut confestim e vita exeas, ita sin-
gula agere et dicere et cogitare te oportet. E vivis autem
discedere, si quidem Dii sunt, non est quod quis timeat;
nam in malum te non concient; sin vero aut non sunt aut
non curant res humanas, quid mea refert vivere in mundo
vacuo Diis aut providentiæ vacuo? Verum et sunt et cu-
rant res humanas, atque ne in ea, quæ vere mala sunt,
incidat homo, prorsus in ipsius potestate collocarunt;
reliquorum si quid esset malum, id quoque providis-
sent, ut omnino penes ipsum esset, ne in id incideret.
Quod autem hominem non deteriore reddat, quomodo
id vitam hominis pejorem redderet? Neque vero ex igno-
rantia, neque id intelligens, quoniam impotens erat ad
hoc cavendum aut emendandum, universitatis natura id
neglexisset; non tantum peccasset aut ex impotentia aut
ex artis defectu, ut bona et mala pariter bonis hominibus
atque malis sine discrimine evenirent. Jam vero mors et
vita, honor et ignominia, dolor et voluptas, divitiæ et ege-
stas, hæc omnia pariter bonis hominibus atque malis eve-
niunt, quippe quæ neque honesta nec turpia sint. Itaque
nec bona nec mala sunt.

12. Quomodo omnia celeriter evanescent, in mundum
ipsa corpora, in ævum memoriæ eorum, qualia sint omnia,
quæ sub sensu cadunt, et potissimum quæ aut voluptate
alliciunt aut dolore terrent aut fastu celebrata sunt, quam
vilia et contemptu digna et emortua, rationalis facultatis est

καὶ εὐφάρτα, καὶ νεκρά, νοεῖς δυνάμεις ἐφιστάται. ἰ εἰσιν οὗτοι, ὧν αἱ ὑπολήψεις καὶ αἱ φωναὶ τὴν εὐδοξίαν..... Τί ἐστι τὸ ἀποθανεῖν, καὶ ὅτι, ἐάν τις αὐτὸ μόρον ἴδῃ, καὶ τῷ μερισμῷ τῆς ἐννοίας διαλύσῃ· τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ, οὐκέτι ἄλλο τι ὑπολήπεται αὐτὸ εἶναι, ἢ φύσεως ἔργον· φύσεως δὲ ἔργον εἰ τις φοβεῖται, παιδίον ἐστί. Τοῦτο μέντοι οὐ μόνον φύσεως ἔργον ἐστίν, ἀλλὰ καὶ συμφέρον αὐτῇ. Πῶς ἄπτεται θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τί αὐτοῦ μέρος, καὶ ὅταν πῶς ἔχῃ, διακρίνεται τὸ τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο μόριον.

ιγ'. Οὐδὲν ἀθλιώτερον τοῦ πάντα κύκλῳ ἐκπεριερχομένου, καὶ τὰ «νέρθεν γὰρ» (φησὶν) ἐρευνῶντος, καὶ τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν πλησίων διὰ τεκμαίρεως ζητοῦντος, μὴ αἰσθομένου δὲ, ὅτι ἀρκεῖ πρὸς μόνῳ ἔνδον ἑαυτοῦ δαίμονι εἶναι, καὶ τοῦτον γνησίως θεραπεύειν. Θεραπεία δὲ αὐτοῦ, καθαρὸν πάθος διατηρεῖν, καὶ εἰκαιότητος, καὶ δυσαρεστήσεως τῆς πρὸς τὰ ἐκ θεῶν καὶ ἀνθρώπων γινόμενα. Τὰ μὲν γὰρ ἐκ θεῶν αἰδέσιμα δι' ἀρετὴν· τὰ δὲ ἐξ ἀνθρώπων φιλία διὰ συγγένειαν· ἐστὶ δὲ ὅτε καὶ τρόπον τινὰ ἔλειναι, δι' ἄγνοιαν ἀγαθῶν καὶ κακῶν· οὐκ ἐλάττωσι ἡ πέρωσις αὐτῇ τῆς στερισκούσης τοῦ διακρίνειν τὰ λευκὰ καὶ μέλανα.

ιδ'. Κἂν τρισχίλια ἔτη βιώσασθαι μέλλης, καὶ τοσαυτάκις μύρια, ὅμως μέμνησο, ὅτι οὐδεὶς ἄλλον ἀποβάλλει βίον, ἢ τοῦτον, ὃν ζῇ· οὐδὲ ἄλλον ζῇ, ἢ ὃν ἀποβάλλει. Εἰς ταῦτο οὖν καθίσταται τὸ μήκιστον τῷ βραχυτάτῳ. Τὸ γὰρ παρὸν πᾶσιν ἴσον, εἰ καὶ τὸ ἀπολλύμενον οὐκ ἴσον· καὶ τὸ ἀποβαλλόμενον οὕτως ἀκαριαῖον ἀναφαίνεται. Οὕτε γὰρ τὸ παρωχηκός, οὔτε τὸ μέλλον ἀποβάλλοι ἄν τις. Ὁ γὰρ οὐκ ἔχει, πῶς ἂν τοῦτο τις αὐτοῦ ἀφελοίτο; Τούτων οὖν τῶν δύο δεῖ μνησθῆναι· ἐνὸς μὲν, ὅτι πάντα ἐξ αἰδίου ὁμοειδῆ καὶ ἀνακυκλούμενα, καὶ οὐδὲν διαφέρει, πότερον ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν, ἢ ἐν διακοσίοις, ἢ ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ τὰ αὐτὰ τις ὀφεται· ἐτέρου δὲ, ὅτι καὶ ὁ πολυχρονιώτατος, καὶ ὁ τάχιστα τενηζόμενος, τὸ ἴσον ἀποβάλλει. Τὸ γὰρ παρὸν ἐστὶ μόνον, οὐ στερισκασθαι μέλλει, εἴπερ γε ἔχει καὶ τοῦτο μόνον, καὶ, ὃ μὴ ἔχει τις, οὐκ ἀποβάλλει.

ιε'. Ὅτι πᾶν ὑπολήψις. Ἀἷλα μὲν γὰρ τὰ πρὸς τοῦ Κυνικοῦ Μονίμου λεγόμενα· ὅλην δὲ καὶ τὸ χρησίμimon τοῦ λεγομένου, ἐάν τις αὐτοῦ τὸ νόστιμον μέχρη τοῦ ἀληθοῦς δέχεται.

ις'. Ὑβρίζει ἑαυτὴν ἢ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ, μάλιστα μὲν, ὅταν ἀπόστημα καὶ οἶον φῶμα τοῦ κόσμου, ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ, γέννηται. Τὸ γὰρ δυσχεραίνειν τινὶ τῶν γινόμενων, ἀπόστασις ἐστὶ τῆς φύσεως, ἥς ἐν μέρει αἱ ἐκάστου τῶν λοιπῶν φύσεις περιέχονται. Ἐπειτα δὲ, ὅταν ἀνθρώπῳ τινα ἀποστραφῇ, ἢ καὶ ἐναντία φέρεται, ὡς βλάψουσα, οἳαί εἰσιν αἱ τῶν ὀργιζομένων. Τρίτον ὑβρίζει ἑαυτὴν, ὅταν ἡσασθαι ἡδονῆς ἢ πόνου. Τέταρτον, ὅταν ὑποκρίνηται, καὶ ἐπιπλάστως καὶ ἀναλγῆθως τι ποιῇ ἢ λέγῃ. Πέμπτον, ὅταν πράξῃ τινα ἑαυτῆς καὶ ὁρμὴν ἐπ' οὐδένα σκοπὸν ἀφίη, ἀλλὰ εἰχῇ καὶ

intelligere : quoniam sint ii, quorum opiniones et voces ac minis claritatem largiuntur ; quid sit mori, et, quando quis id per se solum spectet et cogitatione ab eo separaverit, quas simul cum eo concipiuntur animo, eum nihil aliud id esse habiturum, nisi opus naturæ ; naturæ autem opus si quis timeat, eum esse puerulum ; hoc tamen non solum naturæ opus esse, verum etiam naturæ prodesse ; quo pacto homo Deum contingat, et qua sui parte, et quando certo quodam modo ita se habeat illa hominis pars.

13. Nihil miserius est eo, qui omnia undique circumit et quæ subter terram sunt, ait ille, rimatur, eaque, quæ in aliorum animis sunt, per conjecturas indagat, non autem sentit sufficere, si quis cum eo, quem intra se gerit, genio ver-setur et hunc sincere colat : hujus autem cultus in eo cernitur, ut purus servetur a perturbatione animi, et temeritate et ægritudine propter ea, quæ a Diis et hominibus fiunt : nam quæ a Diis proficiscuntur, venerabilia sunt virtutis nomine, quæ ab hominibus, cara cognationis ratione, interdum etiam miseratione digna propter ignorantiam bonorum et malorum : hæc cæcitas haud minor est illa, quæ nos privat facultate alba et nigra discernendi.

14. Etiam si ter mille annos victurus esses, et insuper tricies mille, memento tamen, neminem aliam amittere vitam, quam ipsam eam, quam vivat, neque aliam vivere, quam eam, quam amittat ; eodem igitur redit longissimum vitæ tempus cum brevissimo : nam præsens par, etiam si id quod perit non par sit, et id, quod amittitur, ita instar puncti videtur : neque enim quod præterit aut quod futurum est ut quis amittat, fieri potest : quomodo enim eo, quo caret, quis eum privabit ? horum igitur duorum meminisse oportet : alterius, omnia ex æterno ejusdem speciei esse et in orbem relabi, nec differre, utrum centum annis an ducentis aut infinito tempore eadem aliquis sit visurus ; alterius, et eum, qui diutissime vixerit, et eum, qui celerime obierit, par amittere ; nam præsens solum est, quo privari poterit, si quidem id tantum habet et, quod quis non habet, id non amittit.

15. Omnia in opinione sita : manifesta enim sunt, quæ a Monimo Cynico dicuntur ; manifesta quoque utilitas dicti, si quis vim ejus salutarem nec tamen ultra veritatem admittit.

16. Contumelia se afficit animus hominis potissimum, tum, quum, quantum per ipsum stat, abscessus et quasi tuber mundi sit : nam ægre ferre aliquid eorum, quæ sunt, est desistere a natura, cuius in parte uniuscujusque aliarum rerum natura continetur ; tum vero, quando hominem aliquem aversatur aut adeo ei nocendi consilio adversatur, quales sunt irascentium animi ; porro se ipse contumelia afficit, quando voluptati aut dolori succumbit ; item, quando simulat ac fecte et fallaciter aliquid vel facit vel loquitur ; denique, quando actionem aliquam suam aut conatum ad nullum scopum dirigit, sed temere et inconsulte

ἀπακολουθήτως δτιοῦν ἐνεργῇ, δέον καὶ τὰ μικρότατα κατὰ τὴν ἐπὶ τὸ τέλος ἀναφορὰν γίνεσθαι· τέλος δὲ λογικῶν ζώων, τὸ ἐπεσθαι τῷ τῆς πολέως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ.

ιζ'. Τοῦ ἀνθρωπίνου βίου ὁ μὲν χρόνος, στιγμή· ἡ δὲ οὐσία, ῥέουσα· ἡ δὲ αἰσθησις, ἀμυδρά· ἡ δὲ ὅλου τοῦ σώματος σύγκρισις, εὐσθητος· ἡ δὲ ψυχὴ, ῥόμβος· ἡ δὲ τύχη, δυστέχμαρτον, ἡ δὲ φήμη, ἀκριτον· συνελύντι δὲ εἰπεῖν, πάντα, τὰ μὲν τοῦ σώματος, ποταμὸς, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς, ὄνειρος καὶ τύφος· ὁ δὲ βίος, πόλεμος καὶ ξένου ἐπιδημία· ἡ ὑστεροφημία δὲ, λήθη. Τί οὖν τὸ παραπέμψαι δυνάμενον; ἐν καὶ μόνον, φιλοσοφία. Τοῦτο δὲ ἐν τῷ τηρεῖν τὸν ἔνδον δαίμονα ἀνύβριστον, καὶ αἰσινῇ, ἡδονῶν καὶ πόνων χρείσσονα, μηδὲν εἰκῇ ποιοῦντα, μηδὲ διεφυσμένως καὶ μεθ' ὑποκρίσεως, ἀνενδεῇ τοῦ ἄλλον ποιῆσαι τι, ἢ μὴ ποιῆσαι· ἐτι δὲ τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα δεχόμενον, ὡς ἐκείθεν ποθεν ἐρχόμενα, ὅθεν αὐτὸς ἦλθεν· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸν θάνατον ἴδω τῇ γνώμῃ περιμένοντα, ὡς οὐδὲν ἄλλο, ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῶον συγκρίνεται. Εἰ δὲ αὐτοῖς τοῖς στοιχείοις μηδὲν δεινὸν ἐν τῷ ἕκαστον διηγεκῶς εἰς ἕτερον μεταβάλλειν, διὰ τί ἐπιδόηται τις τὴν πάντων μεταβολὴν καὶ διάλυσιν; κατὰ φύσιν γάρ· οὐδὲν δὲ κακὸν κατὰ φύσιν.

Τὰ ἐν Καρνούντῳ.

BIBAION Γ'.

Οὐχὶ τοῦτο μόνον δεῖ λογίζεσθαι, ὅτι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀπαναλίσσεται ὁ βίος, καὶ μέρος ἑλαττον αὐτοῦ καταλείπεται· ἀλλὰ καὶ αἰεὶ λογιστέον, ὅτι, εἰ ἐπὶ πλὴν βίῳ τις, ἐκείνῳ γε ἀδύλον, εἰ ἐξαρκέσει ὅμοια αὐθις ἡ διάνοια πρὸς τὴν σύνεσιν τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς θεωρίας τῆς συντείνουσας εἰς τὴν ἐμπειρίαν τῶν τε θεῶν καὶ τῶν ἀνθρωπείων. Ἐὰν γὰρ παραληρεῖν ἀρξῇται, τὸ μὲν διαπνεῖσθαι, καὶ τρέφεσθαι, καὶ φαντάζεσθαι, καὶ ὀρυμνῆναι, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα, οὐκ ἐνδεήσει· τὸ δὲ ἑαυτῷ χρῆσθαι, καὶ τοὺς τοῦ καθήκοντος ἀριθμοὺς ἀκριβοῦν, καὶ τὰ προφαινόμενα διαβροῦν, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ, εἰ ἤδη ἐξακτέον αὐτὸν, ἐπιστάειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα λογισμῷ συγγεγυμνασμένου πάνυ χρήζει, προαποσβέννεται. Χρὴ οὖν ἐπείγεσθαι, οὐ μόνον τῷ ἐγγυτέρῳ τοῦ θανάτου ἐκάστοτε γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ τὴν ἐννόησιν τῶν πραγμάτων καὶ τὴν ἀπακολουθήσιν προαπολήγειν.

β'. Χρὴ καὶ τὰ τοιαῦτα παραφυλάσσειν, ὅτι καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τοῖς φύσει γινομένοις ἔχει τι εὖ/αρι καὶ ἐπαγωγόν. Οἶον, ἀρτου ὀπτωμένου παραρρήγνυται τινα μέρη· καὶ ταῦτα οὖν τὰ διεχόντα οὕτως, καὶ τρώπον τινα παρὰ τὸ ἐπάγγελμα τῆς ἀρτοποιίας ἔχοντα, ἐπιπρέπει πικρὰ καὶ προδυμίαν πρὸς τὴν τροφήν ἰδίως ἀνακινεῖ. Πάλιν τε τὰ σῦκα, ὅποτε ὠραιότατά ἐστι, κέχνη. Καὶ ἐν ταῖς δρυπέεσιν ἐλαίαις, αὐτὸ τὸ ἐγγὺς τῇ σήψει, ἰδιῶς τι κάλλος τῷ καρπῷ προστίθῃσιν. Οἱ

quantillum id est exsequitur, quum etiam minima quæquæ ita agi oporteat, ut ad finem referantur; finis autem animæ ratione prædicatorum est, urbis et civilis antiquissimæ rationi et legi obsequi.

17. Vitæ humanæ tempus, punctum; materia fluens; sensus obscurus; totius corporis compages ad putredinem vergens; animus, turbo; fortuna, res perplexa; fama, iudicii expertus: ut paucis dicam, omnia corporis, fluvius; omnia animi, somnium et fumus; vita, bellum et peregrini commoratio; fama posthuma, oblivio. Quid igitur est, quod deducere potest? unicum et solum, philosophia. Hæc autem in eo cernitur, ut eum, qui intus est, genium a contumelia et læsione immunem serves, voluptatibus et doloribus superiorem, nihil temere facientem nec fictæ simulateve, non indigentem, ut alius quid faciat aut non faciat, porro ea, quæ obveniunt et attribuuntur, accipientem ut quæ inde veniunt, unde ipse venit, post omnia autem mortem placido animo opperientem, quippe nihil aliud, nisi solutionem elementorum, e quibus singula animalia sunt composita. Quod si ipsis elementis nihil timendum est ex eo, quod unumquodque eorum perpetuo in aliud mutatur; quam ob causam quis suspectam habeat omnium rerum mutationem et in partes dissolutionem? nam naturæ conveniens est; nihil autem malum, quod naturæ convenit.

Hæc Carnunti.

LIBER III.

1. Non hoc solum reputari oportet, vitam in dies absumi minoremque ejus partem relinqui, verum etiam illud reputandum est, etiam si quis diutius victurus sit, tamen obscurum esse, an mens ipsius pariter posthac idoneam habitura sit vim ad intelligentiam rerum ac doctrinæ ejus, quæ ad scientiam rerum divinarum humanarumque spectat. Nam si delirare cœperit, perspirari quidem et nutrirî et visis impelli et impetum capere et quæ id genus alia sunt non deficient; sed se ipso uti et officii numeros diligenter ediscere, et quæ apparent articulatim explicare et de eo, num sese jam hinc educat, deliberare et quæ, hujusmodi sunt, quæ judicandi facultatem bene subactam requirunt, ea vero ante exstinguuntur. Festinandum igitur est, non solum idcirco, quod mors in dies propior imminet, verum etiam idcirco, quod intelligentia et perceptio rerum ante desinit.

2. Oportet etiam talia observari, ea quoque, quæ per consequentiam iis, quæ natura sunt, adnascuntur, suavitatis aliquid et illecebrarum habere: ut, panis quum coquitur, diffunduntur quedam ejus partes; hæc igitur sic hiantis et quodammodo contra professionem artis pistoriæ comparata decoris quid nescio quo modo habent et singulari quadam ratione cupiditatem edendi movent: porro etiam ficus, quum maturuerunt, dehiscunt, et in maturissimis olivis id ipsum, quod prope ad putredinem accedit, propriam

στάχυνες δὲ κάτω νεύοντες, καὶ τὸ τοῦ λέοντος ἐπισκύνιον, καὶ ὁ τῶν σῶν ἐκ τοῦ στόματος βέων ἄφρος, καὶ πολλὰ ἕτερα, κατ' ἰδίαν εἰ τις σκοποῖη, πόρρω ὄντα τοῦ εὐειδοῦς, ὅμως, διὰ τὸ τοῖς φύσει γινόμενοις ἐπακολουθεῖν, συνεπικοσμεῖ καὶ ψυχαγωγεῖ, ὥστε, εἰ τις ἔχοι πάθος καὶ ἐννοίαν βαθυτέραν πρὸς τὰ ἐν τῷ ὅλῳ γινόμενα, σχεδὸν οὐδὲν οὐχὶ δοῖται αὐτῷ καὶ τῶν κατ' ἐπακολουθήσιν συμβαίνοντων ἡδέως πως διασυνίστασθαι. Οὗτος δὲ καὶ θηρίων ἀληθῆ χράσματα οὐχ ἥσσαν ἡδέως ὁφεται, ἢ ὅσα γραφεῖς καὶ πλάσται μιμούμενοι δεικνύουσιν· καὶ γράας καὶ γέροντος ἀκμήν τινα καὶ ὥραν, καὶ τὸ ἐν παισὶν ἐπαφρόδιτον, τοῖς ἑαυτοῦ σώφροσιν ὀφθαλμοῖς ὄρῃν δυνήσεται· καὶ πολλὰ τοιαῦτα οὐ παντὶ πιθανὰ, μόνῳ δὲ τῷ πρὸς τὴν φύσιν, καὶ τὰ ταύτης ἔργα γνησίως ὡκειωμένῳ προσεσείηται.

γ'. Ἐπικράτης πολλὰς νόσους ἱασάμενος, αὐτὸς νοσήσας ἀπέθανεν. Οἱ Χαλδαῖοι πολλῶν θανάτους προηγόρευσαν, εἴτα καὶ αὐτοὺς τὸ πεπρωμένον κατέλαβεν. Ἀλέξανδρος, καὶ Πομπήιος, καὶ Γάιος Καῖσαρ, ὅλας πόλεις ἄρῃν τσαυτακίας ἀνελόντες, καὶ ἐν παρατάξει πολλὰς μυριάδας ἰππέων καὶ πεζῶν κατακόψαντες, καὶ αὐτοὶ ποτε ἐξῆλθον τοῦ βίου. Ἡράκλειτος, περὶ τῆς τοῦ κόσμου ἐκπυρώσεως τοσαῦτα φυσιολογήσας, ὕδατος τὰ ἐντὸς πληρωθεὶς, βολβίτῳ καταχερσισμένος, ἀπέθανεν. Δημόκριτον δὲ οἱ φθειρες· Σωκράτην δὲ ἄλλοι φθειρες ἀπέκτειναν. Τί ταῦτα; ἐνέβης, ἐπλευσας, κατήχθης· ἐκδηθι. Εἰ μὲν ἐφ' ἕτερον βίον, οὐδὲν θεῶν κενόν, οὐδὲ ἐκεῖ. Εἰ δὲ ἐν ἀναισθησίᾳ, παύσῃ πόνων καὶ ἡδονῶν ἀνεχόμενος, καὶ λατρεύων τοσούτῳ χείρονι τῷ ἀγγέλῳ, ἢ περίεστι τὸ ὑπηρετοῦν· τὸ μὲν γὰρ νοῦς καὶ δαίμων, τὸ δὲ γῆ καὶ λυθρος.

δ'. Μὴ κατατρέψῃς τὸ ὑπολειπόμενον τοῦ βίου μέρος ἐν ταῖς περὶ ἑτέρων φαντασίαις, ὅπου μὴ τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τὴ κοινωφελὲς ποιῇ. (Ἦτοι γὰρ ἄλλου ἔργου στέρη) τουτέστι φανταζόμενος, τί δὲ δεῖνα πράσσει, καὶ τίνας ἐνεκεν, καὶ τί λέγει, καὶ τί ἐνθυμεῖται, καὶ τί τεχνάζεται, καὶ ὅσα τοιαῦτα ποιεῖ ἀπορρήμεσθαι τῆς τοῦ ἰδίου ἡγεμονικοῦ παρατηρήσεως. Χρὴ μὲν οὖν καὶ τὸ εἰκῇ καὶ μάτην ἐν τῷ εἰρμῷ τῶν φαντασιῶν περιστάσθαι, πολλὴ δὲ μάλιστα τὸ περίεργον, καὶ κακότηδες· καὶ ἐθίστον ἑαυτὸν, μόνᾳ φαντάζεσθαι, περὶ ὧν εἰ τις ἄρῃ ἐπανερίτο, « Τί νῦν διανοῇ; » μετὰ παρρησίας παραχρῆμα ἂν ἀποκρίναιο, ὅτι τὸ καὶ τό· ὡς ἐξ αὐτῶν εὐθὺς ὀῖλα εἶναι, ὅτι πάντα ἀπλᾶ καὶ εὐμενῇ, καὶ ζώου κοινωικοῦ, καὶ ἀμελοῦντος ἡδονικῶν, ἢ καθάπαξ ἀπολαυστικῶν φαντασμάτων, ἢ φιλονεικίας τινός, ἢ βασκανίας καὶ ὑποψίας, ἢ ἄλλου τινός, ἐφ' ᾧ ἂν ἐρυθρίασειας ἐξηγουόμενος, ἐτι ἐν νῷ αὐτὸ εἶχες. Ὅ γάρ τοι ἀνὴρ ὁ τοιοῦτος, οὐκ ἔτι ὑπεριθέμενος τὸ ὥς ἐν ἀρίστοις ἦδη εἶναι, ἱερεὺς τίς ἐστι καὶ ὑπουργός θεῶν, χρώμενος καὶ τῷ ἔνδον ἰδρυμένῳ αὐτοῦ, δὲ παρέχεται τὸν ἀνθρώπινον ἀχραντον πασῶν ἡδονῶν, ἀτρωτον ὑπὸ παντός πόνου, πάσης ὕβρεως ἀνέπαφον, πάσης ἀναισθητον πονηρίας, ἀθλητὴν ἀθλου τοῦ μεγίστου, τοῦ ὑπὸ μηδενὸς πάθους

quamdam amoenitatem baccae conciliat; spicae autem deorsum nutantes, et leonis supercilium et aprorum ex ore profuena spuma et multa alia, quae, si quis separatim spectat, a pulcritudine longe absunt, tamen, quoniam ea, quae naturalia sunt, sequuntur, ad ornatum et delectationem pro sua quaeque parte conferunt; ita ut si quis interiorum sensum habeat et profundiorum intelligentiam eorum, quae in universo sunt, ei propemodum nihil non etiam eorum, quae per consequentiam accidunt, grata quadam ratione cum aliis concinnatum videri debeat. Hic etiam veros belluarum rictus non minore cum voluptate spectabit, quam quos pictores et fectores imitando exhibent; atque et vetulae anus et senis florem quandam ac decus et puerorum venustatem modestis suis oculis intueri poterit. Atque ejus generis multa non cuivis probabilia occurrent, sed ei tantum, qui cum natura ejusque operibus intimam quandam familiaritatem contraxerit.

3. Hippocrates postquam multos morbos sustulit, ipse morbo correptus obiit; Chaldaei multorum mortes praedixere, postea etiam ipsos fatum intercepti; Alexander et Pompeius et Caius Caesar quum totas urbes toties funditus evertissent et in acie multa millia equitum peditumque interfecissent, et ipsi vita excesserunt; Heraclitus quum rerum naturam scrutatus tam multa de conflagratione mundi disseruisset, aqua intercutie distentus et stercore bubulco oblitus interit; Democritum pediculi, Socratem alii pediculi sustulerunt. Quorsum haec? Conscondisti, navigasti, ex alto in portum devectus es. Exscende! si in aliam vitam, nihil diis vacuum, ne ibi quidem, sin vero in conditionem sensu privatam, desines labores et voluptates tolerare et inservire vasi tanto deteriori, quanto praestantius est, id quod servit: hoc enim mens et genius, illud terra et sanies.

4. Id quod relinquitur vitae noli contere in cogitationibus de aliis, nisi si ad communem utilitatem spectas. Nam profecto alio negotio privaris, hoc est, cogitans, quid ille agat et quam ob rem, quid dicat, quid cogitet, quid molietur et quae alia sunt hujusmodi, quae faciunt, ut ab animi principatu diligenter observando divageris. Oportet igitur vanitatem quoque et temeritatem in serie cogitationum declinare, omnium autem maxime curiositatem et malitiam, teque adsuafacere, ut ea tantum cogites, de quibus interrogatus, quid nunc mediteris, libere statim respondeas « hoc vel illud, » ita ut ex iis confestim appareat, omnia in te esse simplicia et benevola et animalis communi utilitati prospicientis, despicientis cogitationes, quae voluptatem omnino oblectationem spectant, itemque emulationem quandam aut invidentiam aut suspicionem aut aliud quidlibet, quod si animo te agitas fatearis, pudore te suffundi oporteat. Nam profecto vir talis, non amplius differens, quin in optimorum numero sit, sacerdos quasi quidam est et minister Deorum, numine quoque, quod in pectore gerit, familiariter utens, quod hominem praestat incontaminatum omnibus voluptatibus, omni dolore illaesum, nulli contumeliae obnoxium, omnisque malitiae sensu carentem, certaminis maximi, ne ab ulla animi perturbatione praesternatur, etc.

καταβληθῆναι, δικαιοσύνην βεβαμμένον εἰς βάθος, ἀσπαζόμενον μὲν ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τὰ συμβαίνοντα καὶ ἀπονεμόμενα πάντα· μὴ πολλάκις δὲ, μηδὲ χωρὶς μεγάλῃς καὶ κοινωφελούς ἀνάγκης φανταζόμενον, τί ποτε ἄλλος λέγει, ἢ πράσσει, ἢ διανοεῖται. Μόνα γὰρ τὰ ἑαυτοῦ πρὸς ἐνέργειαν ἔχει, καὶ τὰ ἑαυτῷ ἐκ τῶν ὅλων συγκαλωθόμενα διηνεκῶς ἔννοεῖ· κάκεῖνα μὲν καλὰ παρέχεται, ταῦτα δὲ ἀγαθὰ εἶναι πέπεισται. Ἡ γὰρ ἐκάστῳ νεμομένη μοῖρα συνεμφέρειταί τε καὶ συνεμφέρει. Μέννηται δὲ, καὶ ὅτι συγγενὲς πᾶν τὸ λογικόν· καὶ ὅτι κήδεσθαι μὲν πάντων ἀνθρώπων κατὰ τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν ἐστὶ· δόξης δὲ οὐχὶ τῆς παρὰ πάντων ἀνθεκτέον, ἀλλὰ τῶν ὁμολογουμένως τῇ φύσει βιούντων μόνον. Οἱ δὲ μὴ οὕτως βιούντες, ὅποιοί τινες οἴκοι τε καὶ ἔξω τῆς οἰκίας, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, οἷοι μεθ' ὧν φύρονται, μεμνημένους διατελεῖ. Οὐ τοίνυν οὐδὲ τὸν παρὰ τῶν τοιούτων ἔπαινον ἐν λόγῳ τίθεται, οἷγε οὐδὲ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀρέσκονταί.

ε'. Μήτε ἀκούσιος ἐνέργει, μήτε ἀκοινώνητος, μήτε ἀνεξέταστος, μήτε ἀνθελκόμενος· μήτε κομψεία τὴν διάνοιάν σου καλλωπίζετω· μήτε πολυβόρημων, μήτε πολυπράγμων ἔσο. Ἐπὶ δὲ ὁ ἐν σοὶ θεὸς ἔστω προστατὴς ζωῷ ἄρρενος, καὶ πρεσβύτου, καὶ πολιτικοῦ, καὶ Ῥωμαίου, καὶ ἀρχοντος, ἀνατεταχότος ἑαυτὸν, οἷος ἂν εἴη τις περιμένων τὸ ἀνακλητικόν, ἐκ τοῦ βίου εὐλυτος, μήτε ὄρκου δεόμενος, μήτε ἀνθρώπου τινὸς μάρτυρος. Ἐν δὲ τὸ φαιδρὸν καὶ τὸ ἀπροσδεὲς τῆς ἐξωθεν ὑπηρεσίας, καὶ τὸ ἀπροσδεὲς ἡσυχίας, ἣν ἄλλοι παρέχουσιν. Ὅρθον οὖν εἶναι χρὴ, οὐχὶ ὀρθούμενον.

ς'. Εἰ μὲν τι κρεῖττον εὐρίσκεις ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ δικαιοσύνης, ἀληθείας, σωφροσύνης, ἀνδρίας, καὶ καθάπαξ τοῦ ἀρκεῖσθαι ἑαυτῇ τὴν διάνοιάν σου, ἐν οἷς κατὰ τὸν λόγον τὸν ὀρθὸν πράσσοντά τε παρέχεται, καὶ τῇ εἰμαρμένῃ, ἐν τοῖς ἀπροαιρέτως ἀπονεμομένοις· εἰ τούτου, φημί, κρεῖσσόν τι ὁρᾷς, ἐπ' ἐκεῖνο ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς τραπόμενος, τοῦ ἀρίστου εὐρίσκομένου ἀπόλαυε. Εἰ δὲ μηδὲν κρεῖττον φαίνεται αὐτοῦ τοῦ ἐνιδρυμένου ἐν σοὶ δαίμονος, τάς τε ἰδίας ὁρμὰς ὑποτεταχότος ἑαυτῷ, καὶ τὰς φαντασίας ἐξετάζοντος, καὶ τῶν αἰσθητικῶν πείσεων, ὡς ὁ Σωκράτης ἐλεγεν, ἑαυτὸν ἀφειλκυότος, καὶ τοῖς θεοῖς ὑποτεταχότος ἑαυτὸν, καὶ τῶν ἀνθρώπων προκηδομένου· εἰ τούτου πάντα τὰ ἄλλα μικρότερα καὶ εὐτελέστερα εὐρίσκεις, μηδενὶ χῶραν οἰδοῦ ἐτέρῳ, πρὸς δὲ βέβας ἀπαξ καὶ ἀποκλίνας, οὐκ ἔτι ἀπερισπάστως τὸ ἀγαθὸν ἐκεῖνο τὸ ἴδιον καὶ τὸ σὸν προτιμᾶν δυνήσῃ· ἀντικαθῆσθαι γὰρ τῷ λογικῷ καὶ ποιητικῷ ἀγαθῷ οὐ θέμις, οὐδ' ὅτι οὐν ἑτερογενὲς, οἷον τὸν παρὰ τῶν πολλῶν ἔπαινον, ἢ ἀρχὰς, ἢ ἀπολαύσεις ἡδονῶν. Πάντα ταῦτα, κὰν πρὸς ὀλίγον ἐναρμυζέιν δόξῃ, κατεκράτησεν ἔργῳ, καὶ παρήνεγκεν. Σὺ δὲ, φημί, ἀπλῶς καὶ ἐλευθερίως ἐλαῦ τὸ κρεῖττον, καὶ τούτου ἀντέχου. — Κρεῖττον δὲ τὸ συμφέρον. — Εἰ μὲν τὸ ὡς λογικῷ, τοῦτο τήρει· εἰ δὲ τὸ ὡς ζῶν, ἀπόφνηαι, καὶ ἀτύφως

ctatorem, justitiæ colore bene tinctum, ex toto animo quæ eveniunt sibi tribuuntur amplectentem, non sæpe neque sine magna et ad publicam utilitatem spectante necessitate cogitantem, quid tandem alius loquatur aut agat aut meditetur; sola enim sua sunt, in quibus operam collocat atque ea, quæ sibi ex universi natura destinantur, assidue contemplatur, atque illa quidem honesta præstat, hæc autem bona esse habet persuasum: quæ enim cuique assignata est sors, convenienter infertur et infert. Meminit autem, cognitione contineri quidquid rationis sit particeps, et omnibus hominibus prospicere naturæ hominis esse consentaneum; gloriæ autem non ei, quæ ab omnibus proficiscatur, esse studendum, sed ei tantum, quæ ab iis, qui naturæ convenienter degant. Qui non ita vivunt quales sint domi et foris, noctu et interdiu, quales cum qualibus voluntur, semper memor est; proinde nihili pendit laudem ab iis profectam, qui ne sibi quidem ipsi placent.

5. Noli invitus agere, neque a communione generis humani alienus, neque re non explorata, neque animo in diversa tracto: ne urbanitas animi tui sensum lenociniis exornet; ne sis multorum verborum, neque multorum negotiorum. Præterea Deus, qui in te residet, sit præses animalis masculi, ætate maturi, rei publicæ studiosi, Romani, principis, ita compositi, quasi qui expectet classicum, facile e vita discessurus, qui neque jurejurando opus habeat neque hominis cujusquam testimonio. * Inest vero serenitas, et neque externo ministerio indigere, neque tranquillitate, quam alii præstant. Rectum igitur esse oportet, non erectum.

6. Si quid in vita humana deprehenderis præstantius justitia, veritate, temperantia, fortitudine, denique animo tuo sic affecto, ut in iis, quæ sanæ rationi convenienter agentem te præstat, se ipso, fato autem in iis contentus sit, quæ sine nostra optione attribuntur; si quid, inquam, præstantius hoc deprehenderis, eo toto animo fac te veritas, eoque, ut bono præstantissimo, quod inveneris, fruaris. Sin nil præstabilius offenderis eo, qui in te collocatus est, genio, qui et omnes suos motus sibi subjecit et visa quæque diligenter explorat et a sensuum affectionibus, ut dicebat Socrates, se abduxit, et Diis se submitit et hominum curam gerit; si animo sic affecto inferiora viliora que cetera omnia deprehenderis, nulli alii rei cuiquam locum concede, quo si semel inclinaveris animo devergente, non amplius bonum proprium ac tuum sine distractione omnium maxime colere poteris. Nefas enim est, ullam aliam rem quamcunque diversi generis bono illi rationali et efficienti ex adverso consistere, ut imperitæ multitudinis laudem, magistratus, divitias, voluptatum fructum: quæ omnia, si vel tantulum convenire visa fuerint, confestim prævalebunt et te abducunt. Tu vero, inquam, quod præstantius est, id simpliciter et libere elegito, eique strenue adhaerescito. — Præstat autem, quod prodest. — Si conducere tibi videtur, quatenus ratione præditus es, retine; si vero quatenus anima-

οὐλάσσει τὴν κρίσιν· μόνον ὅπως ἀσφαλῶς τὴν ἐξέτασιν ποιήσῃ.

ζ'. Μὴ τιμῆσης ποτὲ ὥς συμφέρον σεαυτῶν, ὃ ἀναγκάσει σέ ποτε τὴν πίστιν παραδῆναι, τὴν αἰδῶ ἐγκαταλιπεῖν, μισῆσαι τινα, ὑποπτεῦσαι, καταράσασθαι, ὑποχρίνασθαι, ἐπιθυμῆσαι τινος τοίχων καὶ παραπετασμάτων δεομένου. Ὁ γὰρ τὸν ἑαυτοῦ νοῦν καὶ δαίμονα, καὶ τὰ ὄργανα τῆς τούτου ἀρετῆς προελόμενος, τραγωδίαν οὐ ποιεῖ, οὐ στενάζει, οὐκ ἐρημίας, οὐ πολυπληθείας δεήσεται· τὸ μέγιστον, ζήσει, μήτε διώκων, μήτε φεύγων· πότερον δὲ ἐπὶ πλεόν διαστήμα χρόνου τῷ σώματι περιεχομένην τῇ ψυχῇ, ἢ ἐπ' ἑλάσσον χρήσεται οὐδ' ὁτιοῦν αὐτῷ μέλει· κἀν γὰρ ἤδη ἀπαλλάσσεσθαι δεῖ, οὕτως εὐλύτως ἄπεισιν, ὥς ἄλλο τι τῶν αἰδημόνως καὶ κοσμίως ἐνεργεῖσθαι δυναμένων ἐνεργήσων. Τοῦτο μόνον παρ' ὅλων τὸν βίον εὐλαβούμενος, τὸ τὴν διάνοιαν ἐν τινι ἀνοικεῖῳ νοεροῦ πολιτικοῦ ζώου τροπῇ γενέσθαι.

η'. Οὐδὲν ἂν ἐν τῇ διανοίᾳ τοῦ κεκολασμένου καὶ ἐκκεκαθαμένου πυῶδες, οὐδὲ μὴν μεμολυσμένον, οὐδὲ ὑποκλονεῖται. Οὐδὲ ἀσυντελῆ τὸν βίον αὐτοῦ ἡ πεπωμένη καταλαμβάνει, ὥς ἂν τις εἴποι τὸν τραγῶδον, πρὸ τοῦ τελέσαι καὶ διαδραματίσαι, ἀπαλλάσσεσθαι. Ἔτι δὲ οὐδὲν δοῦλον, οὐδὲ κομψόν, οὐδὲ προσδεμένον, οὐδὲ ἀπεσχιζόμενον, οὐδὲ ὑπεύθυνον, οὐδὲ ἐμφωλεῦον.

θ'. Τὴν ὑποληπτικὴν δύναμιν σέβου. Ἐν ταύτῃ τὸ πᾶν, ἵνα ὑπόληψις τῷ ἡγεμονικῷ σοῦ μηκέτι ἐγγένηται ἀνακόλουθος τῇ φύσει, καὶ τῇ τοῦ λογικοῦ ζώου κατασκευῇ. Αὕτη δὲ ἐπαγγέλλεται ἀπροπτωσίαν, καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους οἰκείωσιν, καὶ τὴν τοῖς θεοῖς ἀκολουσίαν.

ι'. Πάντα οὖν ῥίψας, ταῦτα μόνον τὰ ὀλίγα σύνεχε· καὶ ἔτι συμμνημόνευε, ὅτι μόνον ζῇ ἕκαστος τὸ παρὸν τοῦτο, τὸ ἀκαριαῖον· τὰ δὲ ἄλλα ἢ βεβίωται ἢ ἐν ἀδήλῳ. Μικρὸν μὲν οὖν ὃ ζῇ ἕκαστος, μικρὸν δὲ τὸ τῆς γῆς γωνίδιον, ὅπου ζῇ· μικρὸν δὲ καὶ ἡ μηχίστη ὑστεροφημία, καὶ αὕτη δὴ κατὰ διαδοχὴν ἀνθρωπαρίων τάχιστα τεθνηξομένων, καὶ οὐκ εἰδόντων οὐδὲ ἑαυτοὺς, οὔτιγε τὸν πρόπαλαι τεθνηκότα.

ια'. Τοῖς δὲ εἰρημένοις παραστήμασιν ἐν ἔτι προσέστω, τὸ ὅρον ἢ ὑπογραφὴν δεῖ ποιεῖσθαι τοῦ ὑποπίπτοντος φανταστοῦ, ὥστε αὐτὸ ὁποῖόν ἐστι κατ' οὐσίαν γυμνόν, ὅλον δι' ὅλων διηρημένως βλέπειν, καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὰ ὀνόματα ἐκείνων, ἐξ ὧν συνεκρίθη, καὶ εἰς ἃ ἀναλυθίσεται, λέγειν παρ' ἑαυτοῦ. Οὐδὲν γὰρ οὕτως μεγαλοφροσύνης ποιητικόν, ὥς τὸ ἐλέγχειν ὁδῶν καὶ ἀληθείᾳ ἕκαστον τῶν τῷ βίῳ ὑποπιπτόντων δύνασθαι καὶ τὸ δεῖ οὕτως εἰς αὐτὰ ὁρᾶν, ὥστε συνεπιβάλλειν, ὁποῖον τινὲς τῷ κόσμῳ ὁποῖαν τινὰ τοῦτο χρεῖαν παρεχόμενον, τίνα μὲν ἔχει ἀξίαν ὥς πρὸς τὸ ὅλον, τίνα δὲ ὥς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, πολίτην ὄντα πόλεως τῆς ἀνωτάτης, ἧς αἱ λοιπαὶ πόλεις ὥσπερ οἰκίαι ἰσθίν· τί ἐστὶ, καὶ ἐκ τίνων συγκέκριται, καὶ πόσον

tus es, repudia; et a fastu alienum serva iudicium; modo ut tuto rerum examen instituas!

7. Cave, unquam quidquam tibi prodesse putes, quod te aliquando compellat, ut fidem fallas, verecundiam deseras, oderis aliquem, suspectum habeas, diras impreceris, apetas aliquid quod parietes et velamenta desideret. Qui enim suæ ipsius menti et genio et sacris virtutis ejus primas defert, tragædias non excitat, gemitus non edit, non solitudine, non frequentia indiget; et, quod maximum est, vivit, neque appetens vitæ, nec fugiens; utrum autem longiore an brevioris temporis spatio anima sua corpore circumdata utatur, ne tantillum quidem curæ habet: nam si statim demigrandum est, non minus promptus discedit, quam si ad aliam aliquam rem peragendam se conferat, quæ salva verecundia et decore peragi potest; hoc unum per totam vitam cavens, ne mens in ullo deprehendatur conatu, qui animal rationale et sociale dedeceat.

8. In mente hominis castigati et purificati nihil parulenti, nihil impuri, nihil subdoli offendes; neque vitam ejus fatum unquam abrumpt imperfectam, perinde ac si tragædum dixerit aliquis ante fabulam finitam ac peractam scenam cessisse; porro nec servile quidquam, neque affectatum, neque addictum, neque abecissum, nec penæ obnoxium, nec latebrosam.

9. Facultatem, e qua opiniones nascuntur, diligenter cole. In ea omnia insunt, ut menti tuæ nulla innascatur opinio, quæ vel naturæ sit contraria vel animalis ratione præditi constitutioni: cujus hæc est promissio, ut a temeritate in assentiendo alieni, et hominibus benevoli atque diis obsequentes reddamur.

10. Missis igitur omnibus, hæc pauca tantum retine: præterea memento, unumquemque præsens tantummodo temporis spatium, quod puncti instar obtinet, vivere: reliquum aut exactum aut in incerto. Exiguam igitur est quod unusquisque vivit; exiguum quoque terræ in quo vitam agit, angulus; exigua denique, quæ vel longissime propagatur, fama posthuma, eaque per successionem homunculorum tradita celerrime moriturorum, ac ne se ipsos quidem cognoscentium, nedum eum, qui jam pridem fato concessit.

11. His, quæ dixi, decretis unum adhuc addendum est, visi cujusvis, quod se offerat, definitionem vel descriptionem esse faciendam, ut quale sit ex natura sua et per omnes ac singulas ejus partes spectatum, clare intelligas, et quodnam sit proprium ejus nomen, quæ item nomina eorum, e quibus conflatum est et in quæ resolvetur, tecum possis disserere. Nihil enim tantam vim habet ad animi magnitudinem gignendam, quam posse singula, quæ in vita occurrunt, via ac ratione explorare eaque semper sic intueri, ut simul tecum reputes, quali mundo qualem usum hæc res præbeat, quam habeat existimationem et universalitatis rerum et hominis respectu, utpote civis supremæ illius civitatis, cujus quasi domus sunt ceteræ civitates; quid sit, ex quibus compositum et quamdiu ut permaneat a natura

γρόνον πέφυκε παραμένειν τούτο, τὸ τὴν φαντασίαν μοι νῦν ποιοῦν· καὶ τίνος ἀρετῆς πρὸς αὐτὸ χρεία, οἷον ἡμερότητας, ἀνδρείας, ἀληθείας, πίστεως, ἀφελείας, εὐταρκείας, τῶν λοιπῶν. Διὸ δεῖ ἐφ' ἑκάστου λέγειν, τοῦτο μὲν παρὰ θεοῦ ἔχει· τούτο δὲ κατὰ τὴν σύλληξιν, καὶ τὴν συμμηρουμένην σύγκλωσιν, καὶ τὴν τοιαύτην εὐντελεῖν τε καὶ τύχην· τοῦτο δὲ παρὰ τοῦ συμφύλου καὶ συγγενοῦς καὶ κοινωνοῦ, ἀγνοοῦντος μέντοι, ὃ τι αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐστίν. Ἄλλ' ἐγὼ οὐκ ἀγνοῶ· διὰ τοῦτο χρώμαι αὐτῷ κατὰ τὸν τῆς κοινωνίας φυσικὸν νόμον εὖτως καὶ δικαίως· ἅμα μέντοι τοῦ κατ' ἀξίαν ἐν τοῖς μέσοις συστοχάζομαι.

ιβ'. Ἐὰν τὸ παρὸν ἐνεργῆς, ἐπόμενος τῷ ὁρθῷ λόγῳ ἐσπουδασμένως, ἐβρωμένως, εὐμένως, καὶ μηδὲν παρεμπόρευμα, ἀλλὰ τὸν ἑαυτοῦ δαίμονα καθαρὸν ἐστῶτα τηρῆς, ὡς εἰ καὶ ἡδὴ ἀποδοῦναι δέοι· ἐὰν τοῦτο συνάπτης, μηδὲν περιμένων, μηδὲ φεύγων, ἀλλὰ τῇ παρουσίᾳ κατὰ φύσιν ἐνεργεῖα, καὶ τῇ, ὣν λέγεις καὶ φθέγγῃ, ἡρωικῇ ἀληθείᾳ ἀρκούμενος, εὐχώσεις. Ἔστι δὲ οὐδεὶς ὁ τοῦτο καλωῦσαι δυνάμενος.

ιγ'. Ὡς περ οἱ ἱατροὶ αἰεὶ τὰ ὄργανα καὶ σιδήρια πρόχειρα ἔχουσι πρὸς τὰ αἰφνίδια τῶν θεραπειμάτων· οὕτω τὰ δόγματα σὺ ἔτοιμα ἔχε πρὸς τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα εἰδέναι, καὶ πᾶν καὶ τὸ μικρότατον οὕτω ποιεῖν, ὡς τῆς ἀμφοτέρων πρὸς ἀλλήλα συνδέσεως μεμνημένον. Οὔτε γὰρ ἀνθρώπινόν τι ἀνευ τῆς ἐπὶ τὰ θεῖα συναναφορᾶς εὐ πράξεις, οὔτε ἐμπαλιν.

ιδ'. Μὴ κέτι πλατῶν· οὔτε γὰρ τὰ υπομνημάτιά σου μέλλεις ἀναγινώσκειν, οὔτε τὰς τῶν ἀρχαίων Ῥωμαίων καὶ Ἑλλήνων πράξεις, καὶ τὰς ἐκ τῶν συγγραμμάτων ἐλογάς, ἃς εἰς τὸ γῆρας σαυτῷ ἀπειτίβου· σπεῦδε οὖν εἰς τέλος, καὶ τὰς κενὰς ἐλπίδας ἀφελ, σαυτῷ βοηθεῖ, εἴ τι σοι μέλει σεαυτοῦ, ἕως ἔξεστιν.

ιε'. Οὐκ ἴσασι, πόσα σημαίνει τὸ κλέπτειν, τὸ σπείρειν, τὸ ὠνεῖσθαι, τὸ ἡσυχάζειν, τὸ ὁρᾶν τὰ πρακτέα, ὃ οὐκ ὀφθαλμοῖς γίγνεται, ἀλλ' ἐτέρᾳ τινὶ ὄψει.

ις'. Σῶμα, ψυχὴ, νοῦς· σώματος αἰσθήσεις, ψυχῆς ὄρμαι, νοῦ δόγματα. Τὸ μὲν τυποῦσθαι φανταστικῶς, καὶ τῶν βοσκημάτων τὸ δὲ νευροσπαστεῖσθαι ὁρμητικῶς, καὶ τῶν θηρίων, καὶ τῶν ἀνδρογύνων, καὶ Φαλάριδος, καὶ Νέρωνος· τὸ δὲ τὸν νοῦν ἡγεμόνα ἔχειν ἐπὶ τὰ φαινόμενα καθήκοντα, καὶ τῶν θεῶν μὴ νομιζόντων, καὶ τῶν τὴν πατρίδα ἐγκαταλείπόντων, καὶ τῶν ποιοούντων, ἐπειδὴν κλείσῃ τὰς θύρας. Εἰ οὖν τὰ λοιπὰ κοινὰ ἐστὶ πρὸς τὰ εἰρημένα, λοιπὸν τὸ ἰδίον ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ, φιλεῖν μὲν καὶ ἀσπάσασθαι τὰ συμβαίνοντα, καὶ συγχλωθόμενα αὐτῷ· τὸν δὲ ἔνδον ἐν τῷ στήθει ἰδρυμένον δαίμονα μὴ φύρειν, μηδὲ θορυβεῖν ὄχλῳ φαντασιῶν, ἀλλὰ ὡς διατηρεῖν, κοσμίως ἐπόμενον θεῷ, μήτε φεγγόμενόν τι παρὰ τὰ ἀληθῆ, μήτε ἐνεργούντα παρὰ τὰ δίκαια. Εἰ δὲ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ πάντες ἄνθρωποι, ὅτι ἀπλῶς καὶ αἰδημόνως καὶ εὐθýmως βιοῖ, οὔτε χαλεπαίνει τινὶ τούτων, οὔτε παρατρέπεται τῆς δόξου τῆς ἐγούσης ἐπὶ τὸ τέλος τοῦ βίου, ἐφ' ὃ δεῖ ἐλθεῖν καθαρὸν,

comparatum sit id quod nunc mihi visum obicit : quamam ad id virtute opus sit, ut mansuetudine, fortitudine, veritate, fide, simplicitate, moderatione, reliquis. De singulis igitur rebus dicendum est : hæc divinitus venit; hæc per complexum et fati serie connexa et contexta, et tali rerum concursu ac fortuna : hæc a contribuli et cognato et sodali, qui tamen nescit, quid naturæ suæ sit consentaneum. At ego non ignoro; ideoque secundum societatis legem a natura sancitam benevolum et iustum me præsto. Neque tamen non in mediis illis rebus ejus pro æstimatione rationem habeo.

12. Si rectæ rationi obsecutus id quod instat, sedulo, strenue et placide peregeris, non opus aliquod accessorium, sed genium tuum purum integrumque servaveris, quasi illum statim esses redditurus; si hoc indesinenter egeris, nihil exspectans aut fugiens, sed præsentē actione naturæ consentanea et heroica in singulis dictis ac vocibus veritate contentus, prosperam ages vitam; quod quin facias, nemo est, qui te impedire possit.

13. Quemadmodum medicī ad subita mala sananda in promptu habent instrumenta et ferramenta; sic te in promptu habere oportet decreta ad res divinas humanasque cognoscendas et ad omnia, etiam minima, ita agenda, ut memineras utrorumque inter se vinculi. Neque enim rem ullam humanam recte perficies, nisi simul eam ad deos retuleris; neque contra.

14. Noli amplius evagari; neque enim futurum est, ut commentarios tuos perlegas aut priscorum Romanorum et Græcorum res gestas et ex variis scriptis excerpta, quæ tibi in senectute [tractanda] reposuisti. Festina igitur ad finem, et si qua tibi tui cura est, dum licet, missa spe vana, tibi ipse consule.

15. Non intelligunt, quam multiplicem vim habeant vocabula hæc, furari, serere, emere, quiescere, videre quid factu opus sit, quod non oculis fit, sed alio aliquo visu.

16. Corpus, anima, mens : corporis sensus, animæ impetus, mentis decreta. Visorum imaginibus imprimi, etiam pecudum est : interno impetu quasi fidiculis agitari, ferarum quoque est et effeminatorum hominum et Phalaridis et Neronis; mentem ducem habere ad ea, quæ convenire videntur, etiam eorum est, qui deos esse negant et patriam deserunt, qui faciunt, postquam fores clausere. Si igitur cetera his, quæ dixi, communia sunt, restat, quod proprium est viri boni, libenter amplecti ea, quæ accidunt et a fato ei destinantur; genium vero intus in pectore habitantem nec polluere nec turba visorum perturbare, sed placidum servare et decenter Deo obsequentem, nihil a veritate alienum loquentem et nihil nisi iustum agentem. Quod si nemo hominum fidem ei habet, eum simpliciter, modeste et tranquille vivere, neque horum cuiquam irascitur, neque declinat a via ea, quæ fert ad vitæ finem; at

ήσυχιον, εὐλυτον, ἀδιάστως τῇ ἑαυτοῦ μοίρᾳ συνη-
μοσμένον.

BIBAION Δ.

Τὸ ἐνδόν κυριεῦον, ὅταν κατὰ φύσιν ἔχῃ, οὕτως ἔστι-
κε πρὸς τὰ συμβαίνοντα, ὥστε αἰεὶ πρὸς τὸ δυνατόν
καὶ διδόμενον μετατίθεσθαι βραδίως. Ὑλὴν γὰρ ἀπο-
τεταγμένην οὐδεμίαν φιλεῖ· ἀλλὰ ὁρμᾷ μὲν πρὸς τὰ
ηγούμενα μεθ' ὑπεξαιρέσεως· τὸ δὲ ἀντεισαγόμενον ὕλην
ἑαυτῷ ποιεῖ· ὥσπερ τὸ πῦρ, ὅταν ἐπικρατῇ τῶν ἐπεμ-
πιπόντων, ὑφ' ὧν ἂν μικρὸς τις λύχνος ἐσθιέσθῃ· τὸ
δὲ λαμπρὸν πῦρ τάχιστα ἐξωκείωσεν ἑαυτῷ τὰ ἐπιφο-
ρούμενα, καὶ κατηνάλωσεν, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἐπὶ
μειζον ἤρθη.

β'. Μηδὲν ἐνέργημα εἰκῇ, μηδὲ ἄλλως, ἢ κατὰ
θεώρημα συμπληρωτικὸν τῆς τέχνης, ἐνεργείσθω.

γ'. Ἀναχωρήσεις αὐτοῖς ζητοῦσιν, ἀγροικίας, καὶ
αἰγιαλοῦς, καὶ ὄρη· εἰώθας δὲ καὶ σὺ τὰ τοιαῦτα μά-
λιστα ποθεῖν. Ὅλον δὲ τοῦτο ἰδιωτικωτάτον ἔστιν,
ἐξὸν ἥς ἂν ὥρας ἐθελήσῃς εἰς ἑαυτὸν ἀναχωρεῖν. Οὐ-
δαμοῦ γὰρ οὔτε ἡσυχιώτερον, οὔτε ἀπραγμονέστερον,
ἀνθρώπος ἀναχωρεῖ, ἢ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν· μάλιστα
ὅστις ἔχει ἐνδόν τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐγκύψας, ἐν πάσῃ εὐ-
μαρείᾳ εὐθὺς γίνεται· τὴν δὲ εὐμάρειαν οὐδὲν ἄλλο
λέγω ἢ εὐκοσμίαν. Συνεχῶς οὖν δίδου σεαυτῷ ταύτην
τὴν ἀναχωρήσιν, καὶ ἀνακεῖν σεαυτὸν· βραχεία δὲ ἔστω
καὶ στοιχειώδης, ἃ εὐθὺς ἀπαντήσαντα ἀρκέσει εἰς τὸ
πᾶσαν αὐτὴν ἀποκλείσαι, καὶ ἀποπέμψαι σε, μὴ
δυσχεραίνοντα ἐκείνοις, ἐφ' ἃ ἐπ' ἀνέρχῃ. Τίνοι γὰρ
δυσχεραίνει; τῇ τῶν ἀνθρώπων κακίᾳ; ἀναλογισάμε-
νος τὸ κρίμα, ὅτι τὰ λογικὰ ζῶα ἀλλήλων ἐνεκεν γέγο-
νε, καὶ ὅτι τὸ ἀνέχεσθαι μέρος τῆς δικαιοσύνης, καὶ ὅτι
ἄκοντες ἁμαρτάνουσιν, καὶ πόσοι ἤδη διεγθρεύσαντες,
ὑποπτεύσαντες, μισήσαντες, διαδορατισθέντες ἐκτέταν-
ται, τετέφρωνται, παύου ποτέ. Ἀλλὰ [καὶ] τοῖς ἐκ
τῶν ὧν ἀπονεμομένοις δυσχεραίνει; ἀνανεωσάμενος
τὸ διεzeugμένον, ἥτοι πρόνοια, ἢ άτομοι, ἢ ἐξ ὧν
ἀπεδείχθη, ὅτι ὁ κόσμος ὥσαυτε πόλις. Ἀλλὰ τὰ
σωματικά σου ἄψεται ἔτι; ἐνοήσας, ὅτι οὐκ ἐπιμίνυ-
ται λείως ἢ τραχέως κινουμένῳ πνεύματι ἢ διάνοια,
ἐπειδὴν ἅπαξ ἑαυτὴν ἀπολάβῃ καὶ γνωρίσῃ τὴν ἰδίαν
ἐξουσίαν, καὶ λοιπὸν ὅσα περὶ πόνου καὶ ἡδονῆς ἀκήκοας
καὶ συγκατέθου. Ἀλλὰ τὸ δοξάριόν σε περισπάσει;
ἀπιδῶν εἰς τὸ τάχος τῆς πάντων λήθης, καὶ τὸ χάος
τοῦ ἐφ' ἑκάτερα ἀπείρου αἰῶνος, καὶ τὸ κενὸν τῆς ἀπη-
χρήσεως, καὶ τὸ εὐμετάβολον καὶ ἄκριτον τῶν εὐφημεῖν
δοκούντων, καὶ τὸ στενὸν τοῦ τόπου, ἐν ᾧ περιγράφεται.
Ὅλη τε γὰρ ἡ γῆ στιγμή, καὶ ταύτης πόστον γωνίδιον ἢ
κατοίκησις αὕτη; καὶ ἐνταῦθα πόσοι, καὶ οἳοί τινες
οἱ ἐπαινεσόμενοι; Λοιπὸν οὖν μέμνησο τῆς ὑποχωρή-
σεως τῆς εἰς τοῦτο τὸ ἀγρίδιον ἑαυτοῦ· καὶ πρὸ παντός
μὴ σπῶ, μηδὲ κατεντείνου, ἀλλὰ ἐλεύθερος ἔσο, καὶ
ὅρα τὰ πράγματα, ὡς ἀνὴρ, ὡς ἄνθρωπος, ὡς πολίτης,
ὡς θνητὸν ζῶον. Ἐν δὲ τοῖς προχειροτάτοις, εἰς ἃ

quem par est accedere purum, quietum, ad decedendum
promptum, et suapte sponte fato suo se accommodantem.

LIBER IV.

1. Quod intus dominatur, id, quando secundum natu-
ram habet, ita stat adversus ea, quæ accidunt, ut semper
ad id, quod fieri potest et datum est, facile transeat : ma-
teriam enim appensam nullam amat, sed fertur ad præpo-
sita cum exceptione : quod vero contra inferitur, materiem
sibi facit : quemadmodum ignis, ubi ea, quæ insuper inci-
dunt, superat, a quibus parva lucerna exstingeretur :
splendidus autem ignis celerrime sibi vindicat ea, quæ in-
feruntur, eaque consumit, et ex iis altius surgit.

2. Nulla actio temere aut aliter, quam secundum regu-
lam, quæ ad artem complendam spectat, efficiatur.

3. Secessus sibi querunt, casas rusticas, littora, mon-
tes : soles etiam tu ejusmodi loca maxime appetere. Sed
totum hoc hominis est maxime rudis et imperiti, quom
liceat, quacunq; tibi visum fuerit hora, in te ipsum sece-
dere. Nullum enim in locum, ubi major sit tranquillitas
altiusve otium, homo secedit, quam in suum ipsius ani-
mum : potissimum, quicunque intus habet, in quæ intuens
statim in summa sit commoditate : commoditatem vero
nihil aliud dico nisi decentiam. Continuo igitur hunc ce-
cessum tibi concede et refice te ipse. Brevia autem sunt
et elementaria, quæ, simul atque tibi occurrerint, suffi-
cient ad eum *animum* totum occludendum, teque remit-
tendum, nihil eorum moleste ferentem, ad quæ revertere-
ris. Quid enim moleste fers? hominumne pravitatem?
Perpendens decretum illud, animalium ratione præditi-
orum alterum alterius causa natum esse, et tolerare par-
tem esse justitiæ, et invitos peccare eos, et quam multi
jam, qui infensissimo fuere animo, qui suspiciosi, qui odio
incens, post vehementissimas pugnas porrecti inque cine-
rem redacti sint, tandem aliquando desine *indignari*.
Verum ea, quæ a rerum universitate tibi tributa sunt,
iniquo animo fers? Revocans tibi in animum disjunctivum
illud : aut providentia aut atomi, vel ea omnia, ex quibus
demonstratum est, mundum esse instar civitatis ; *desine*
ea iniquo animo ferre. Verum tangent te etiam posthac
quæ corporis sunt? Considerans, spiritui sive leniter sive
aspere moto non immisceri mentem, simul atque se ipsa
abduxerit suamque cognovit potestatem, et reliqua omnia.
quæ de dolore et voluptate audisti et consensu tuo compro-
basti, *desine tandem his tangi*. Verum gloriola te trahet
in diversa? Respicens celeritatem oblivionis, qua omnia
sepeliuntur, quam vasta sit infinitas temporis in utramque
partem, quam vanum, quod resonant, quam mutabiles et
judicii expertes li qui te laudare videntur, et quam angus-
tus sit locus, quo circumscribitur *eorum laus*, *desine*
tandem gloriola in diversa trahi. Tota enim terra pun-
ctum, ejusque quantillus angulus hæc habitatio, et hic
quam pauci sunt et cujusmodi homines, qui te celebrabunt!
Quod igitur reliquum est, memento secessus in illum tur
ipsius agellum, et ante omnia cave distraharis et nimium
te intendas, sed liber esto et contemplare res ut homo, ut

ἐγκύβεις, ταῦτα ἔστω τὰ δύο. Ἐν μὲν, ὅτι τὰ πράγματα οὐχ ἀπτεται τῆς ψυχῆς, ἀλλ' ἐξω ἑστήκεν ἀτρεμοῦντα· αἱ δὲ ὀχλήσεις ἐκ μόνῃς τῆς ἔνδον ὑπολήψεως. Ἐτερον δὲ, ὅτι πάντα ταῦτα, ὅσα ὁρᾷς, ὅσον οὐδέπω μεταβάλλει, καὶ οὐκ ἐτι ἔσται· καὶ ὅσον ἤδη μεταβολαῖς αὐτὸς παρατετύχηκας, συνεχῶς διανοοῦ. Ὁ κόσμος, ἀλλοίωσις· ὁ βίος, ὑπόληψις.

δ'. Εἰ τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινόν, καὶ ὁ λόγος, καθ' ὃν λογικοὶ ἐσμέν, κοινός· εἰ τοῦτο, καὶ ὁ προστακτικὸς τῶν ποιητέων, ἡ μὴ, λόγος κοινός· εἰ τοῦτο, καὶ ὁ νόμος κοινός· εἰ τοῦτο, πολιταὶ ἐσμέν· εἰ τοῦτο, πολιτεύματός τινος μετέχομεν· εἰ τοῦτο, ὁ κόσμος ὥσανει πόλις ἐστί. Τίνος γάρ ἄλλου φήσει τις τὸ τῶν ἀνθρώπων πᾶν γένος κοινὸν πολιτεύματος μετέχειν; ἐκεῖθεν δὲ, ἐκ τῆς κοινῆς ταύτης πόλεως καὶ αὐτὸ τὸ νοερὸν καὶ λογικὸν καὶ νομικὸν ἡμῖν· ἡ ποθέν; ὥσπερ γὰρ τὸ γεωδές μοι ἀπὸ τινος γῆς ἀπομεμέρισται, καὶ τὸ ὑγρὸν ἀφ' ἑτέρου στοιχείου, καὶ τὸ πνευματικὸν ἀπὸ πηγῆς τινος, καὶ τὸ θερμὸν καὶ πυρῶδες ἐκ τινος ἰδίας πηγῆς (οὐδὲν γὰρ ἐκ τοῦ μηδενὸς ἔρχεται, ὥσπερ μὴ· εἰς τὸ οὐκ ὄν ἀπέρχεται), οὕτω δὴ καὶ τὸ νοερὸν ἡμεῖς ποθέν.

ε'. Ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἷον γένεσις, φύσεως μυστήριον. Σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων, * * * εἰς ταῦτά. Ὅλως δὲ οὐκ ἐφ' ᾧ ἂν τις αἰσχυνθεῖ· οὐ γὰρ παρὰ τὸ ἐξῆς τῷ νοερῷ ζῶει, οὐδὲ παρὰ τὸν λόγον τῆς παρασκευῆς.

ς'. Ταῦτα οὕτως ὑπὸ τῶν τοιούτων πέφυκε γίνεσθαι, ἐξ ἀνάγκης· ὁ δὲ τοῦτο μὴ θέλων, θέλει τὴν συχῆν ὅπῃ μὴ ἔχειν. Ὅλως δ' ἐκείνου μέμνησο, ὅτι ἐντὸς ὀλιγίστου χρόνου καὶ σὺ καὶ οὗτος τεθνήξεσθε· μετὰ βραχὺ δὲ οὐδὲ ὄνομα ὑμῶν ὑπολειφθήσεται.

ζ'. Ἄρον τὴν ὑπόληψιν, ἦρται τὸ, « βέβλαμμαι. » Ἄρον τὸ « βέβλαμμαι, » ἦρται ἡ βλάβη.

η'. Ὁ χεῖρῳ αὐτὸν ἑαυτοῦ ἀνθρώπων οὐ ποιεῖ, τοῦτο οὐδὲ τὸν βίον αὐτοῦ χεῖρῳ ποιεῖ, οὐδὲ βλάπτει, οὔτε ἔρωθεν, οὔτε ἔνδοθεν.

θ'. Ἠνάγκασται ἡ τοῦ συμφέροντος φύσις τοῦτο ποιεῖν.

ι'. Ὅτι πᾶν τὸ συμβαῖνον δικαίως συμβαίνει· ὁ, ἐὰν ἀκριβοῦς παραφυλάσσης, εὐρήσεις· οὐ λέγω μόνον κατὰ τὸ ἐξῆς, ἀλλ' ὅτι κατὰ τὸ δίκαιον, καὶ ὡς ἂν ὑπὸ τινος ἀπονέμεντος τὸ κατ' ἀξίαν. Παραφύλασσε σὺν, ὡς ἡρῶ· καὶ, ὁ τι ἂν ποιῆς, σὺν τούτῳ ποιεῖ, σὺν τῷ ἀγαθὸς εἶναι, καθ' ὃ νενόηται ἰδίως ὁ ἀγαθός. Ταῦτο ἐπὶ πάσης ἐνεργείας ὥλεε.

ια'. Μὴ τοιαῦτα ὑπολάμβανε, οἷα ὁ ὑβρίζων κρίνει, ἢ οἷα σε κρίνειν βούλεται· ἀλλ' ἴδε αὐτά, ὅποια κατ' ἀλήθειαν ἐστί.

ιβ'. Δύο ταύτας ἐτοιμότητας ἔχειν αἰεὶ δεῖ· τὴν μὲν, πρὸς τὸ πράξει μόνον, ὅπερ ἂν ὁ τῆς βασιλικῆς καὶ νομοθετικῆς λόγος ὑποβάλλῃ ἐπ' ὠφελείᾳ ἀνθρώπων· τὴν δὲ, πρὸς τὸ μεταθέσθαι, ἐὰν ἄρα τις παρῇ διορθῶν καὶ μεταγῶν ἀπὸ τινος οἰήσεως. Τὴν μέντοι μεταγῶν αἰεὶ ἀπὸ τινος πιθανότητος ὡς δικαίου, ἢ κοι-

civis, ut animal mortale. Inter ea, quæ maxime in promptu sint, in quæ intuearis, hæc duo sunt: alterum, *res externas non attingere animum, sed extra immotas stare*, molestias autem ex sola interna opinione *oriri*: alterum omnia ea, quæ vides, jamjam mutari neque amplius fore: atque quam multarum rerum mutationi ipse interfueris fac cogites. *Mundus, mutatio; vita, opinio.*

4. Si intellectus nobis communis est, etiam ratio, quæ rationales sumus, nobis communis; si hæc, etiam ea ratio, quæ, quid faciendum sit, quid non, præcipit, communis; si hæc, etiam lex communis; si hæc, cives sumus; si cives, civitatis alicujus participes; si hoc est, mundus instar civitatis est: cujus enim alius civitatis universum hominum genus particeps dixeris? Illinc autem, e communi hac civitate et ipsa intelligendi vis et rationalis et legis gnara nobis *obvenit*, aut unde? nam ut terrenum mihi e terra aliqua pro parte attributum est, et humidum ex alio elemento, et spirabile e fonte aliquo, et calidum igneumque e proprio quodam fonte — nihil enim ex nihilo oritur, quemadmodum etiam nihil in nihilum redigitur — ita utique etiam intellectus alicunde venit.

5. Mors tale quid est, quale ortus, naturæ actio occulta, concretio ex elementis et dissolutio in eadem, omnino non cujus quemquam pudeat; neque enim ordini animalis intelligendi facultate præditi neque rationi constitutionis nostræ repugnat.

6. Natura ita comparatum est, ut hæc non possint non ab hujusmodi hominibus sic fieri; quod qui non vult, idem ficum vult succo carere. Omnino illius memento, intra brevissimum tempus et te et istum morituros; paulo post ne nomina quidem vestra superfutura.

7. Tolle opinionem! sublatum est illud: « læsus sum; » tolle illud, « læsus sum! » sublatum est damnum.

8. Quod hominem se ipso deteriorem non reddit, id vitam quoque ejus non deteriorem reddit, neque damnum ei infert aut extrinsecus aut intrinsecus.

9. Utilitatis natura non potest non hoc agere.

10. Quidquid accidit, juste accidit, idque, si diligenter animadverteris, reperies: non tantum dico secundum id quod consequens est, sed secundum justitiæ rationem, quasi ab aliquo, qui secundum dignitatem distribuat. Animadverte igitur diligenter, ut cæperas, et quidquid agis, cum studio bonitatis age, idque eo sensu, quo quis proprie bonus dicitur. Id in omni actione serva.

11. Noli talia ea opinari, qualia injuriosus judicat aut qualia te ea judicare vult; sed vide ea, qualia revera sint.

12. Duplicem hanc promptitudinem te habere oportet: alteram, ut id tantum agas, quodcumque regiæ ac legisferæ facultatis ratio suggerit ad utilitatem hominum: alteram, ut sententiam mutes, si forte quis adest, qui eam corrigat et te ab opinione deducat: oportet tamen hanc sententiæ mutationem oriri a probabili quadam ratione, quasi ita

νωρελοῦς, γίνεσθαι, καὶ τὰ παραπλήσια τοιαῦτα μόνον εἶναι δεῖ, οὐχ ὅτι ἡδὺ, ἢ ἐνδοξόν ἐφάνη.

ιγ'. Λόγον ἔχεις; — Ἐχω — Τί οὖν οὐ χρᾶ; Τοῦτου γὰρ τὸ ἑαυτοῦ ποιῶντος, τί ἄλλο θέλεις;

ιδ'. Ἐνυπέστης, ὡς μέρος. Ἐναφανισθήσῃ τῷ γεννήσαντι· μᾶλλον δὲ ἀναληφθήσῃ εἰς τὸν λόγον αὐτοῦ τὸν σπερματικὸν κατὰ μεταβολήν.

ιε'. Πολλὰ λιθαντοῦ βουλάρια ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βωοῦ· τὸ μὲν προκατέπεσεν, τὸ δὲ ὕστερον· διαφέρει δ' οὐδέν.

ις'. Ἐντὸς δέκα ἡμερῶν θεὸς αὐτοῖς δόξεις, οἷς νῦν θηρίον καὶ πίθηκος, ἐὰν ἀνακάμψῃς ἐπὶ τὰ δόγματα καὶ τὸν σεβασμὸν τοῦ λόγου.

ιζ'. Μὴ ὡς μύρια μᾶλλον ἐτι ζῇν. Τὸ χρεῶν ἐπήρηται· ἕως ζῆς, ἕως ἔξεστιν, ἀγαθὸς γένου.

ιη'. Ὅσῃν ἀσχολία· κερδαίνει, ὃ μὴ βλέπων, τί ὃ πλησίον εἶπεν, ἢ ἔπραξεν, ἢ διενόηθη· ἀλλὰ μόνον τί αὐτὸς ποιεῖ, ἵνα αὐτὸ τοῦτο δίκαιον ᾖ, καὶ ὅσιον, ἢ κατὰ τὸν ἀγαθὸν μὴ μέλαν ἥθος περιβλέπεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τῆς γραμμῆς τρέχειν ὁρθόν, μὴ διεβρίμμενον.

ιθ'. Ὁ περὶ τὴν ὑστεροφημίαν ἐπτοημένος οὐ φαντάζεται, ὅτι ἕκαστος τῶν μεμνημένων αὐτοῦ τάχιστα καὶ αὐτὸς ἀποθάνειται· εἴτα πάλιν καὶ αὐτὸς ὁ ἐκείνων διαδεχόμενος, μέχρι καὶ πᾶσα ἡ μνήμη ἀποσθῇ διὰ ἐπτοημένων καὶ σθεννυμένων προῖοῦσα. Ὑπόθου δ', ὅτι καὶ ἀθάνατοι μὲν οἱ μεμνησόμενοι, ἀθάνατος δ' ἡ μνήμη· τί οὖν τοῦτο πρὸς σέ; καὶ οὐδὲν λέγω, ὅτι πρὸς τὸν τεθνηκότα, ἀλλὰ πρὸς τὸν ζῶντα· τί ὁ ἔπαινος, πλὴν ἅρα δι' οἰκονομίαν τινά; πάρες γὰρ νῦν ἀκαίρως τὴν φυσικὴν ὁσιν, ἄλλου τινὸς ἐχόμενον λόγου λοιπόν.

κ'. Πᾶν τὸ καὶ ὁπωσοῦν καλόν, ἐξ ἑαυτοῦ καλὸν ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἑαυτὸ καταλήγει, οὐκ ἔχον μέρος ἑαυτοῦ τὸν ἔπαινον. Οὕτε γοῦν χεῖρον ἢ κρείττον γίνεται τὸ ἐπαινούμενον. Τοῦτό φημι καὶ ἐπὶ τῶν κοινότερον καλῶν λεγομένων· ὅσων ἐπὶ τῶν ὕλικῶν, καὶ ἐπὶ τῶν τεχνικῶν κατασκευασμάτων· τό γε δὴ ὄντως καλόν* τινὸς χρεῖαν ἔχει; οὐ μᾶλλον, ἢ νόμος, οὐ μᾶλλον, ἢ ἀλήθεια, οὐ μᾶλλον, ἢ εὐνοία, ἢ αἰδώς. Τί τούτων διὰ τὸ ἐπαινέσθαι καλόν ἐστίν, ἢ ψεγόμενον φθείρεται; Σμαράγδιον γὰρ ἑαυτοῦ χεῖρον γίνεται, ἐὰν μὴ ἐπαινῇται; Τί δὲ χρυσὸς, ἐλέγξας, πορφύρα, λύρα, μαχαίριον, ἀνθύλλιον, δενδρύφιον;

κα'. Εἰ διαμένουσιν αἱ ψυχαί, πῶς αὐτὰς ἐξ αἰδίου χωρεῖ ὁ ἀήρ; — Πῶς δὲ ἡ γῆ χωρεῖ τὰ τῶν ἐκ τοσούτου αἰῶνος θαπτομένων σώματα; Ὅσπερ γὰρ ἐνθάδε ἡ τούτων πρὸς ἡντινα ἐπιδιαμονὴν μεταβολὴ καὶ διάλυσις χώραν ἄλλοις νεκροῖς ποιεῖ· οὕτως αἱ εἰς τὸν αἶρα μεθιστάμεναι ψυχαί, ἐπὶ ποσὸν συμμείνασαι, μεταβάλλουσι καὶ χέονται καὶ ἐξάπτονται, εἰς τὸν τῶν ὄλων σπερματικὸν λόγον ἀναλαμβάνόμεναι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον χώραν ταῖς προσσυνοικιζόμεναις παρέχουσι. Τοῦτο δ' ἂν τις ἀποκρίναιτο ἐφ' ὑποθέσει τοῦ τὰς ψυχὰς διαμείνειν. Χρὴ δὲ μὴ μόνον ἐνθυμῆσθαι τὸ πλῆ-

justam aut communioni utile sit: his similia tantum esse oportet, non quod gratum aut gloriosum videtur.

13. Ratione praeditus es? — sum. — Cur igitur ea non uteris? nam si haec facit, quod suum est, quid aliud desideras?

14. Substitisti ut pars; evanesces in eum, qui te generavit, seu potius recipieris in ejus rationem seminalem per mutationem.

15. Multae thuris glebulae in eandem aram, alia citius, alia tardius, decidunt: nihil autem interest.

16. Intra decem dies Deus videberis iis, quibus nunc bestia ac simia, si ad decreta cultumque mentis redieris.

17. Ne ut qui millia annorum victurus sit; fatum impendet; dum vivis, dum licet, fac bonus fias.

18. Quantum negotii lucrabitur, qui non videt, quid alius dixerit, egerit, cogitarit, sed tantum, quid ipse agat, ut justum sit ac pium, aut, * ut Agathonis verbis ular, « noli nigros circumspicere mores, sed per lineam carae rectus nec vagus. »

19. Qui insana famae posthumae admiratione tenetur, non cogitat, unumquemque eorum, qui ejus recordabuntur, perbrevis et ipsum esse moriturum; postea rursus etiam hunc, qui illum exceperit, donec omnis memoria per eos, qui * accenduntur et exstinguuntur, progrediens prorsus exstinguatur. Fac autem, et illos, qui tui meminerint, immortales fore, et immortalē tui memoriam, quid igitur hoc ad te? neque dico, quid ad mortuum, sed ad vivum; quid laus, nisi forte dispensationis causa? * Praetermittis enim nunc intempestive donum a natura datum, dum alii alicui rei adhærescis quam rationi... Reliquum.

20. Quidquid quacunque tandem ratione pulcrum est, id per se pulcrum est, et in se terminatur nec partem sui habet laudem. Igitur certe neque deterius neque melius fit laudando. Atque hoc dico etiam de iis, quae vulgari usu pulcra dicuntur, ut de rebus corporeis et artificum operibus. Quod revera pulcrum, id scilicet laude indigeat? non magis, quam lex; non magis, quam veritas; non magis, quam benevolentia aut verecundia. Ecquid horum idcirco, quod laudatur, pulcrum est, aut eo, quod vituperatur, corruptum? Smaragdus enim num se ipso deterior fit, si non laudatur? Quid vero aurum, ebur, purpura, lyra, gladiolus, flosculus, arbuscula?

21. Si permanent animae, quo modo eas ab aeterno capit aer? — Quo modo vero terra capit corpora eorum, qui ab aeterno tam immenso sepulti sunt? Quemadmodum enim hic corporum, postquam ad certum quoddam tempus permanent, mutatio et dissolutio aliis cadaveribus locum dat; sic animae, quae in aerem transferuntur, postquam aliquandiu perstiterunt, mutantur et funduntur et succeduntur, in seminalem universitatis rationem receptae, eoque pactis iis, quae in easdem sedes recipiuntur, locum faciunt. Hoc igitur aliquis respondere possit posito loco, animas permanentes. Neque vero solum reputanda est multitudo corporum

θος τῶν θαπτομένων οὕτως· σωμάτων, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἐκάστης ἡμέρας ἐσθιομένων ζώων ὑφ' ἡμῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων. Ὅσος γὰρ ἀριθμὸς καταναλίσκεται, καὶ οὕτως πῶς θάπτεται, ἐν τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασι; Καὶ ὁμοῦ δέχεται ἡ χώρα αὕτη, διὰ τὰς ἐξαίματώσεις, διὰ τὰς εἰς τὸ ἀερῶδες ἢ πυρῶδες ἀλλοιώσεις.

Τίς ἐπὶ τούτου ἡ ἱστορία τῆς ἀληθείας; διαίρεσις εἰς τὸ ὀλιχόν, καὶ εἰς τὸ αἰτιῶδες.

ιβ'. Μὴ ἀπορρέμειν· ἀλλ' ἐπὶ πάσης ὁρμῆς τὸ δίκαιον ἀποδιδόναι, καὶ ἐπὶ πάσης φαντασίας σώζειν τὸ καταληπτικόν.

κγ'. Πᾶν μοι συναρμόζει, ὃ σοι εὐάρμοστόν ἐστιν, ὃ κόσμῳ. Οὐδὲν μοι πρόωρον, οὐδὲ ὀψιμον, τὸ σοι εὐχαίρον. Πᾶν μοι καρπὸς, ὃ φέρουσιν αἱ σοὶ ὥραι, ὃ φύσις· ἐκ σοῦ πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα. Ἐκεῖνος μὲν φησι· « Πόλι φιλη Κέκροπος· σὺ δὲ οὐκ ἔρεις· » Ὡ πόλι φιλη Διός; »

κδ'. Ὅλιγα πρῆσσε, φησὶν, εἰ μέλλεις εὐθυμήσειν· μήποτε ἀμεινον τὸ τἀναγκαῖα πράσσειν, καὶ ὅσα ὁ τοῦ φύσει πολιτικοῦ ζῶου λόγος αἰρεῖ, καὶ ὡς αἰρεῖ. Τοῦτο γὰρ οὐ μόνον τὴν ἀπὸ τοῦ καλῶς πράσσειν εὐθυμίαν φέρει, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ ὀλίγα πράσσειν. Τὰ πλεῖστα γὰρ, ὧν λέγομεν καὶ πράσσομεν, οὐκ ἀναγκαῖα ὄντα, ἐάν τις περιέλῃ, εὐσυχώτερος καὶ ἀταρακτώτερος ἔσται. Ὅθεν δεῖ καὶ παρ' ἑκάστα ἑαυτὸν υπομιμνήσκειν, μὴ τι τοῦτο οὐ τῶν ἀναγκαίων· Δεῖ δὲ μὴ μόνον πράξεις τὰς μὴ ἀναγκαίας περιαιρεῖν, ἀλλὰ καὶ φαντασίας· οὕτως γὰρ οὐδὲ πράξεις παρελκουσαι ἐπακολουθήσουσι.

κε'. Πείρασον, πῶς σοι χωρεῖ καὶ ὁ τοῦ ἀγαθοῦ ἀνθρώπου βίος, τοῦ ἀρεσκομένου μὲν τοῖς ἐκ τῶν ὧν ἀπονεμομένοις, ἀρκουμένου δὲ τῇ ἰδίᾳ πράξει δικαίᾳ καὶ διαθέσει εὐμενεῖ.

κς'. Ἐώρακας ἐκεῖνα; Ἴδε καὶ ταῦτα. Σεαυτὸν μὴ τάρασσε· ἄπλωσον σεαυτὸν. Ἀμαρτάνει τις; ἑαυτῷ ἀμαρτάνει. Συμβέβηκε σοὶ τι; καλῶς· ἐκ τῶν ὧν ἀπ' ἀρχῆς σοι συγκαθεύμαρτο, καὶ συνεκλώθετο πᾶν τὸ συμβαῖνον. Τὸ δ' ὧν, βραχὺς ὁ βίος· κερδαντέον τὸ παρὸν σὺν εὐλογιστίᾳ καὶ δίκῃ. Νῆφε ἀειμένους.

κζ'. Ἦτοι κόσμος διατεταγμένος, ἢ κυκεῶν, συμπεφορμημένος μὲν, ἀλλὰ κόσμος. Ἦ ἐν σοὶ μὲν τις κόσμος ὑφίστασθαι δύναται; ἐν δὲ τῷ παντὶ ἀκοσμία; καὶ ταῦτα οὕτως πάντων διακεκριμένων καὶ διαλεχυμένων καὶ συμπαθῶν.

κη'. Μέλαν ἦθος, θῆλυ ἦθος, περισκελὲς ἦθος, θηρῶδες, βοσκηματοῦδες, παιδαριῶδες, βλακικόν, κίβδηλον, βωμολόχον, καπηλικόν, τυραννικόν.

κθ'. Εἰ ξένος κόσμος, ὁ μὴ γνωρίζων τὰ ἐν αὐτῷ ὄντα, οὐχ ἦττον ξένος, καὶ ὁ μὴ γνωρίζων τὰ γιγνόμενα. Φυγὰς, ὁ φεύγων τὸν πολιτικὸν λόγον· πτωχὸς, ὁ ἐνδεὴς ἑτέρου, καὶ μὴ πάντα ἔχων παρ' ἑαυτοῦ τὰ εἰς τὸν βίον χρήσιμα. Ἀπόστημα κόσμου, ὁ ἀπιστός·

sic sepulcorum, sed etiam aliorum animalium, quæ quotidie comeduntur et a nobis et ab aliis animalibus : quantus enim numerus consumitur et hoc modo quasi sepelitur in corporibus eorum, qui iis aluntur? et tamen ea regio illa recipit, dum partim in sanguinem, partim in aeriam igneamque materiam mutantur.

Quenam hac in re veritatis explorandæ ratio? Divisio in materiam et formam.

22. Noli divagari, sed in omni agendi impetu id quod iustum est præsta, et in omni viso tene id quod comprehendere potest.

23. Quidquid tibi bene convenit, Munde, id mihi convenit : nihil mihi immaturum, nihil serum, quod tibi tempestivum. Quidquid tuæ, Natura, ferunt Horæ, mihi fructus; ex te omnia, in te omnia, ad te omnia. Ille ait : « O cara civitas Cecropis! » tune : « O cara civitas Jovis! » inquires?

24. « Pauca age, » inquit ille, « si vis tranquillo animo esse! » Nescio an melius sit « necessaria » agere omniaque ea, quæ ratio animalis socialis exigit eoque modo, quo exigit. Hoc enim non solum animi tranquillitatem affert, quæ a bene agendo gignitur, sed etiam eam, quæ a pauca agendo oritur. Si quis enim plurima eorum, quæ dicimus et facimus, utpote non necessaria, sustulerit, et otiosior erit et minus turbatus. Quare oportet in singulis se ipsum commonefacere, numquid hæc sint ex iis, quæ non necessaria sunt? Oportet nos autem non solum actiones non necessarias tollere, verum etiam visa : nam sic neque actiones supervacaneæ subsequuntur.

25. Fac periculum, quomodo tibi procedat vita boni hominis, ejus, qui iis, quæ ex universitate rerum ipsi attribuantur, contentus est atque in justa sua actione et benevolæ mentis affectione acquiescit.

26. Vidisti illa? Vide etiam hæc : te ipsum ne conturbes; simplicem te redde. Peccat aliquis? sibi ipsi peccat. Accidit tibi aliquid? bene habet; ex rerum universitate tibi inde ab initio erat destinatum et quasi nendo connexum id quod accidit. Summa eo redit : brevis vita; lucrandum quod instat tempus considerate et juste agendo; sobrius esto in animo remittendo.

27. Aut consilio dispositus mundus, aut cinnus, fortuito congestus, at mundus tamen; an vero fieri potest, ut in te mundus consistat, in universitate rerum autem mera confusio? præsertim omnibus sic discretis et diffusis et tamen consentientibus!

28. Nigri mores, effeminati mores, præfracti mores, belluini, pecuini, pueriles, stolidi, subdoli, scurriles, perfidi, tyrannici.

29. Si peregrinus mundi is est, qui ignorat ea, quæ in mundo sunt, non minus peregrinus etiam is est, qui ignorat, quæ fiunt : profugus, qui rationem civilem fugit; cæcus, qui mentis oculos clausos habet : egenus, qui alius indiget neque in se habet, quibus ad vitam opus est : abscessus mundi, qui abscedit seseque a naturæ communis

μενος καὶ χωρίζων ἑαυτὸν τοῦ τῆς κοινῆς φύσεως λόγου, διὰ τοῦ δυσαρρεστῆν τοῖς συμβαίνουσιν· ἐκεῖνη γὰρ φέρει τοῦτο, ἡ καὶ σὲ ἤνεγκεν· ἀπόσχισμα πόλεως, ὃ τὴν ἰδίαν ψυχὴν τῆς τῶν λογικῶν ἀποσχίζων, μιᾶς οὐσης.

λ'. Ὁ μὲν χωρὶς χιτῶνος φιλοσοφεῖ, ὃ δὲ χωρὶς βιβλίου· ἄλλος οὗτος ἡμίγυμνος. Ἄρτους οὐκ ἔχω, φησὶ, καὶ ἐμμένω τῷ λόγῳ. — Ἐγὼ δὲ τροφὰς τὰς ἐκ μαθημάτων οὐκ ἔχω, καὶ ἐμμένω.

λα'. Τὸ τεχνίον, ὃ ἐμαθες, φιλεῖ, τούτῳ προσαναπαύου· τὸ δὲ ὑπόλοιπον τοῦ βίου διέζελε, ὡς θεοῖς μὲν ἐπιτετροφῶς τὰ σεαυτοῦ πάντα ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς, ἀνθρώπων δὲ μηδενὸς μῆτε τύραννον μῆτε δούλον ἑαυτὸν καθιστάς.

λβ'. Ἐπιπόνησον, λόγου χάριν, τοὺς ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ καιροῦς, ὅψει ταῦτα πάντα· γαμοῦντας, παιδοτροφοῦντας, νοσοῦντας, ἀποθνήσκοντας, πολεμοῦντας, ἐορτάζοντας, ἐμπορευομένους, γεωργοῦντας, κολακεύοντας, αὐθαδιζομένους, ὑποπειθόντας, ἐπιβουλεύοντας, ἀποθανεῖν τινας εὐχομένους, γογγύζοντας ἐπὶ τοῖς παροῦσιν, ἐρώντας, θησαυρίζοντας, ὑπατείας, βασιλείας ἐπιθυμοῦντας. Οὐκοῦν ἐκείνους μὲν ὃ τούτων βίος οὐκ ἔτι οὐδαμοῦ. Πάλιν ἐπὶ τοὺς καιροῦς τοὺς Τραϊανοῦ μετάβηθι· πάλιν τὰ αὐτὰ πάντα. Τέθνηκε κάκεινος ὁ βίος. Ὁμοίως καὶ τὰς ἄλλας ἐπιγραφὰς χρόνων καὶ ὄλων ἐθνῶν ἐπιθεώρει, καὶ βλέπε, πόσοι κατενταθέντες μετὰ μικρὸν ἔπεσον, καὶ ἀνελύθησαν εἰς τὰ στοιχεῖα. Μάλιστα δὲ ἀναπολητέον ἐκείνους, οὓς αὐτὸς ἔγνωκας κενὰ σπωμένους, ἀφέντας ποιεῖν τὸ κατὰ τὴν ἰδίαν κατασκευὴν, καὶ τούτου ἀπρὶξ ἔχσθαι, καὶ τούτῳ ἀρκεῖσθαι. Ἀναγκαῖον δὲ ᾧδε τὸ μεμνησθαι, ὅτι καὶ ἡ ἐπιστροφή καθ' ἑκάστην πράξιν ἀξίαν ἔχει καὶ συμμετρίαν. Οὕτως γὰρ οὐκ ἀποδυσπετήσεις, ἐὰν μὴ ἐπὶ πλεόν, ἢ προσῆκε, περὶ τὰ ἐλάσσω καταγίνῃ.

λγ'. Αἱ πάσαι συνήθεις λέξεις, γλωσσήματα νῦν οὕτως οὖν καὶ τὰ ὀνόματα τῶν παλαιῶν πολυσημῶν νῦν τρόπον τινὰ γλωσσήματά ἐστι, Κάμιλλος, Καίσιων, Οὐόλεσος, Λεοννάτος, μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Σκιπίων, καὶ Κάτων, εἴτα καὶ Αὐγουστος, εἴτα καὶ Ἀδριανός, καὶ Ἀντωνῖνος. Ἐξίτηλα γὰρ πάντα καὶ μυθώδη ταχὺ γίνεται· ταχὺ δὲ καὶ παντελὴς λήθη κατέχωσεν. Καὶ ταῦτα λέγω ἐπὶ τῶν θαυμαστῶς πως λαμβάντων. Οἱ γὰρ λοιποὶ ἅμα τῷ ἐκπνεῦσαι, « αἵστοι, ἄπυστοι. » Τί δὲ καὶ ἔστιν ὅλων τὸ ἀεμνῆσθαι; ὅλον κενόν. Τί οὖν ἐστὶ, περὶ ὃ δεῖ σπουδὴν εἰσφέρεισθαι; ἐν τούτῳ, διάνοια δικαία, καὶ πράξεις κοινωνικαὶ, καὶ λόγος, οἷος μήποτε διαφεύσασθαι, καὶ διάθεσις ἀσπαζομένη πᾶν τὸ συμβαῖνον, ὡς ἀναγκαῖον, ὡς γνώριμον, ὡς ἀπ' ἀρχῆς τοιαύτης καὶ πηγῆς ῥέον.

λδ'. Ἐκὼν σεαυτὸν τῇ Κλωθοῖ συνεπιθίδου, παρέχων συνῆσαι, οἷς τίσι ποτε πράγμασι βούλεται.

λε'. Πᾶν ἐφήμερον, καὶ τὸ μνημονεύον, καὶ τὸ μνημονεύόμενον.

λς'. Θεωρεῖ διηκτικῶς πάντα κατὰ μεταβολὴν γι-

ratione sejungit eo, quod iis, quæ eveniunt, offenditur; illa enim hoc fert, quæ te quoque tulit: avulsus a civitate, qui suam animam ab anima ratione præditorum, utpote una, avellit.

30. Hic sine tunica philosophatur, ille sine libro, iste tertius seminudus. « Pane careo, » inquit, « et tamen in ratione persisto. » Ego vero victum ex disciplinis nou quæro et tamen persisto.

31. Artem, quam didicisti, diligito et in ea acquiesci to: quod autem vitæ super est, id ita exigito, ut qui Deo omnia ex toto animo commiseris, neque ullius hominis aut dominum aut servum te præbeto.

32. Cogita, verbi gratia, tempora sub Vespasiani imperio acta, et videbis hæc omnia: homines matrimonia ineuntes, liberos alentes, morbis laborantes, morientes, militantes, festa celebrantes, negotiantes, agros colentes, adulantes, insolenter se gerentes, suspicantes, insidiantes, mortem quorundam exoplantes, murmurantes de præsentī rerum statu, amorī indulgentes, thesauros colligentes, consulatum, imperium affectantes: nusquam profecto amplius eorum vita. Rursus ad Trajani tempora transi: rursus eadem omnia; hæc quoque vita interiit. Similiter et jam alios quasi titulos sepulcrales temporum totarumque gentium contemplare et vide, quam multi eorum, post summam virium contentionem, paulo post occiderint et in elementa dissoluti sint. Potissimum autem ruminandi sunt ii, quos ipse novisti rebus vanis distractos id agere neglexisse, quod propriæ eorum constitutioni conveniebat, huic firmiter adherescere, hoc contentos esse. Necesse autem est, hac in re illius memineris, diligentiam in singulis actionibus collocandam suam ac propriam habere dignitatem ac mensuram. Ita enim fiet, ut non omnem spem abjicias, quum non plus quam par est in rebus minoribus versatus fueris.

33. Vocabula olim usitata, nunc glossemata. Ita igitur nomina quoque eorum, qui olim longe clarissimi fuerunt, nunc quodammodo glossemata sunt, Camillus, Cæso, Volesus. Leonnatus; paulo post etiam Scipio et Cato: postea Augustus quoque; postea etiam Hadrianus et Antoninus. Evanida enim omnia et cito in fabulas abeunt, cito plena oblivione obruuntur. Atque hoc dico de iis, qui admirabiliter quodammodo splenduerunt. Reliqui enim, simul atque expirarunt, « ignoti nec fando auditi. » Quid autem est æterna memoria? nil nisi vanitas. Quid igitur est, in quo studium collocari oportet? Hoc unum, mens justa et actiones communioni accommodatæ et sermo mendacii expers, et animi adfectio prompta ad amplectendum quidquid contingit ut necessarium, ut familiare, ut ab ejusmodi principio et fonte promanans.

34. Parcæ sponte te præbe, permittens, ut te quibuscunque tandem liberit rebus innendo nectat.

35. Unius diei et quod commemorat et quod commemoratur.

36. Continuo contemplare, omnia mutatione fieri, et

νόμῃνα καὶ ἐθίζου ἐννοεῖν, ὅτι οὐδὲν οὕτως φιλεῖ ἡ τῶν δλων φύσις, ὥς τὸ τὰ ὄντα μεταβάλλειν, καὶ ποιεῖν νέα ὁμοία. Σπέρμα γὰρ τρόπον τινὰ πᾶν τὸ ἐν τοῦ ἐξ αὐτοῦ ἐσομένου. Σὺ δὲ μόνῃ σπέρματα φαντάζῃ τὰ εἰς γῆν ἢ μῆτραν καταβαλλόμενα· τοῦτο δὲ λίαν ἰδιωτικόν.

λζ'. Ἦδη τεθνήξῃ, καὶ οὐπω οὔτε ἀπλοῦς, οὔτε ἀτάραχος, οὔτε ἀνύποπτος τοῦ βλαθῆναι ἂν ἔξωθεν, οὔτε ἱλεως πρὸς πάντας, οὔτε τὸ φρονεῖν ἐν μόνῳ τῇ δικαιοπραγεῖν τιθέμενος.

λη'. Τὰ ἡγεμονικὰ αὐτῶν διάβλεπε, καὶ τοὺς φρονίμους, οἳ μὲν φεύγουσιν, οἳ δὲ διώκουσιν.

λθ'. Ἐν ἀλλοτρίῳ ἡγεμονικῷ κακὸν σὸν οὐχ ὑφίσταται· οὐδὲ μὴν ἐν τινι τροπῇ καὶ ἑτεροιώσει τοῦ περιέχοντος. Ποῦ οὖν; ὅπου τὸ περὶ κακῶν ὑπολαμβάνον σοὶ ἐστὶ. Τοῦτο οὖν μὴ ὑπολαμβάνετω, καὶ πάντα εὖ ἔχει. Κἂν τὸ ἐγγυτάτω αὐτοῦ, τὸ σωματίον, τέμνηται, καίηται, διαπύσκηται, σήπηται, ὁμῶς τὸ ὑπολαμβάνον περὶ τούτων μόριον ἡσυχάζει· τούτεστι, κρινέτω, μήτε κακὸν τι εἶναι, μήτε ἀγαθόν, ὃ ἐπίσης δύναται κακῷ ἀνδρὶ καὶ ἀγαθῷ συμβαίνειν. Ὁ γὰρ *** καὶ τῷ κατὰ φύσιν βιοῦντι ἐπίσης συμβαίνει, τοῦτο οὔτε κατὰ φύσιν ἐστίν, οὔτε παρὰ φύσιν.

μ'. Ὡς ἐν ζῶνι τὸν κόσμον, μίαν οὐσίαν καὶ ψυχὴν μίαν ἐπέχον, συνεχῶς ἐπιννοεῖν· καὶ πῶς εἰς αἰσθησιν μίαν τὴν τούτου πάντα ἀναδίδοται· καὶ πῶς ὁρμῇ μιᾷ πάντα πράσσει· καὶ πῶς πάντα πάντων τῶν γινομένων συναΐα· καὶ οἷα τις ἡ σύννησις καὶ συμμήρσις.

μα'. Ψυχάριον εἶ, βαστάζον νεκρὸν, ὡς Ἐπίκτητος εἰλεγεν.

μβ'. Οὐδὲν ἐστὶ κακὸν τοῖς ἐν μεταβολῇ γινομένοις· ὡς οὐδὲ ἀγαθὸν τοῖς ἐκ μεταβολῆς ὑφισταμένοις.

μγ'. Ποταμὸς τις ἐκ τῶν γινομένων καὶ ρεῦμα βίαιον ὃ αἰών· ἅμα τε γὰρ ὥφθη ἕκαστον, καὶ παρανέηκεται, καὶ ἄλλο παραφέρεται, τὸ δὲ ἐνεχθήσεται.

μδ'. Πᾶν τὸ συμβαίνειν οὕτως σύνθετος καὶ γνώριμος, ὡς τὸ ῥόδον ἐν τῷ ἔαρ, καὶ ὀπώρα ἐν τῷ θέρει· τοιοῦτον γὰρ καὶ νόσος, καὶ θάνατος, καὶ βλασφημία, καὶ ἐπιβουλή, καὶ ὅσα τοὺς μωροὺς εὐφραίνει, ἢ λυπεῖ.

με'. Τὰ ἐξῆς αἰ τοῖς προηγησαμένοις οἰκειῶς ἐπιγίνεται· οὐ γὰρ οἷον καταρίμης τις ἐστὶν ἀπρητημένος καὶ μόνον τὸ κατηναγκασμένον ἔχουσα, ἀλλὰ συνάφεια εὐλογος· καὶ ὥσπερ συντέτακται συνηρμοσμένης τὰ ὄντα, οὕτως τὰ γινόμενα οὐ διαδοχὴν ψιλλῇ, ἀλλὰ θαυμαστὴν τινα οἰκειότητα ἐμφαίνει.

μζ'. Ἀεὶ τοῦ Ἡρακλείτειου μεμνήσθαι· ὅτι γῆς θάλασσης ὕδωρ γενέσθαι, καὶ ὕδατος θάνατος, αἶρα γενέσθαι, καὶ αἶρος πῦρ, καὶ ἔμπαιβιν. Μεμνήσθαι δὲ καὶ τοῦ ἐπιλανθανομένου, ᾗ ἡ ὁδὸς ἀγεῖ· καὶ ὅτι, ὅ μάλιστα διηγεῖσθαι ὁμιλοῦσι λόγῳ τῇ τὰ ὅλα διοικοῦντι, τούτῳ διαφέρονται· καὶ οἷς καὶ ἡμέραν ἐγκυροῦσι, ταῦτα αὐτοῖς ξένα φαίνεται. Καί, ὅτι οὐ δεῖ ὥσπερ καθεύδοντας ποιεῖν καὶ λέγειν· καὶ γὰρ τότε δοκοῦμεν ποιεῖν καὶ

adsuesce intelligere, nihil æque diligere universitatis naturam atque ea, quæ sunt, mutare et nova similia efficere : semen enim quodammodo quidquid est ejus, quod ex eo oriturum est : tu vero ea tantum semina opinaris, quæ in terram aut uterum sparguntur ; id autem est hominis admodum rudis et imperiti.

37. Jamjam morieris, et nondum firmus nec imperturbatus es nec liber suspicione, extrinsecus damnum tibi adferri posse, nec propitius omnibus neque is, qui prudentiam non nisi in juste agendo positam existimes.

38. Mentis eorum intueri, adeoque prudentissimos, qualia fugiant, qualia sectentur.

39. In alterius mente malum tuum non situm est, neque vero in quodam motu aut mutatione ejus, quod te ambit. Ubi igitur? ubi tibi id est quod de malis opinatur : id igitur ne opinetur, et omnia bene habent : etiamsi, quod huic proximum est, corpusculum secetur, uratur, suppuretur, putrescat, id tamen, quod de istis opinatur, quiescat, hoc est, judicet nec malum esse nec bonum, quod similiter viro bono et malo accidere potest : quod enim * ei, qui contra naturam, et ei, qui secundum naturam vivit, similiter contingit, id neque secundum naturam neque contra naturam est.

40. Ut unum animal uno corpore et una anima prædeditum continuo contemplari mundum : et quomodo in unum hujusce sensum omnia digerantur ; et quomodo uno impetu omnia agat ; et quomodo omnia cum omnibus, quæ fiunt, ut partes causarum cohæreant, et qualis quidem hic sit connexus et contextus.

41. Animula es, cadaver gestans, ut Epictetus dicebat.

42. Nil mali est rebus mutationem subeuntibus, ut neque boni quidquam iis, quæ per mutationem existunt.

43. Fluvius quidem eorum, quæ fiunt, et rapidus torrens est ævum ; simul atque quidquam comparuit, etiam abreptum est, et aliud abripitur et illud inferetur.

44. Quidquid accidit, tam consuetum est et familiare, quam rosa vere et fructus tempore messis. Ejusdem enim generis est morbus, et mors, et infamia, et insidiæ, et omnia, quæ stultos hilares aut tristes reddunt.

45. Subsequentia semper antecedentibus familiari quadam ratione succedunt : non enim est quasi computatio disjunctum et id tantum quod numerando coactum est continens, sed connexio rationi consentanea : et quemadmodum ea, quæ sunt, convenienter sunt ordinata, sic ea, quæ fiunt, non nudam successionem, sed admirabilem quandam familiaritatem præ se ferunt.

46. Semper Heraclitei meminisse : terræ mortem fieri aquam, aquæ mortem fieri aerem, aeris ignem, et retro. Meminisse vero etiam illius, qui, quia ducat via, obliviscitur et qua potissimum perpetuo familiariter utantur ratione rerum universitatem administrante, cum ea eos dissidere, et, in quæ quotidie incidant ea ipsis videri peregrina : porro, non oportere nos instar dormientium agere et loqui, — nam etiam tum nobis videmur agere et loqui, — neque instar

λέγειν· καὶ ὅτι οὐ δεῖ παῖδας τοκέων, τοῦτ' ἐστὶ, κατὰ φίλον, καθότι παρελήφαμεν.

μζ'. Ὡσπερ εἰ τις σοὶ θεῶν εἶπεν, ὅτι αὐρίον τεθνήξῃ, ἢ πάντως γε εἰς τρίτην, οὐκ ἐτ' ἂν παρὰ μέγα ἐποιοῦ, τὸ εἰς τρίτην μᾶλλον, ἢ αὐρίον, εἰ γε μὴ ἐσχάτως ἀγεννῆς εἴ· πόσον γάρ ἐστι τὸ μεταξὺ· οὕτως καὶ τὸ εἰς πολλοστὸν ἔτος μᾶλλον, ἢ αὐρίον, μὴδὲν μέγα εἶναι νόμιζε.

μη'. Ἐννοεῖν συνεχῶς, πόσοι μὲν ἱατροὶ ἀποτεθνήκασιν, πολλάκις τὰς ὁρῶς ὑπὲρ τῶν ἀβρώστων συσπᾶσαντες· πόσοι δὲ μαθηματικοί, ἄλλων θανάτους, ὥς τι μέγα, προσιπνόντες· πόσοι δὲ φιλόσοφοι, περὶ θανάτου, ἢ ἀθανάσιος, μυρία διατεινόμενοι· πόσοι δὲ ἀριστεῖς, πολλοὺς ἀποκτείναντες· πόσοι δὲ τύραννοι, ἐξουσίᾳ ψυχῶν μετὰ δεινοῦ φρουράγματος ὡς ἀθάνατοι κεχρημένοι· πόσοι δὲ πόλεις θλαί, ἢ οὕτως εἶπω, τεθνήκασιν, Ἑλίκη, καὶ Πομπήϊοι, καὶ Ἡρκλάνον καὶ ἄλλαι ἀναρίθμητοι. Ἐπιθὶ δὲ καὶ θσους οἶδας, ἄλλον ἐπ' ἄλλω· ὁ μὲν τοῦτον κηδεύσας, εἴτα ἐξετάθῃ, ὁ δὲ ἐκείνου· πάντα δὲ ἐν βραχεῖ. Τὸ γὰρ θλον, κατιδεῖν αἰεὶ τὰ ἀνθρώπινα, ὥς ἐφήμερα καὶ εὐτελεῖ· καὶ ἐχθὲς μὲν μυζάριον, αὐρίον δὲ τάριχος, ἢ τέφρα. Τὸ ἀκαριαῖον οὖν τοῦτο τοῦ χρόνου κατὰ φύσιν διελεῖν, καὶ ἴλεων καταλῦσαι, ὥς ἂν εἰ βλαία πέπειρος γενομένη ἐπιπτεν, εὐφημοῦσα τὴν ἐνεγκοῦσαν, καὶ χάριν εἰδυῖα τῷ φύσαντι δένδρῳ.

μθ'. Ὅμοιον εἶναι τῇ ἀρχῇ, ἢ διηνεκῶς τὰ κύματα προσήρσεται· ἢ δὲ ἔστηκε, καὶ περὶ αὐτὴν κοιμίζεται τὰ φλεγμῆναι τὰ τοῦ ὕδατος. — « Ἀτυχῆς ἐγὼ, ὅτι τοῦτό μοι συνέβη. — Οὐ μένου· ἄλλ', « Εὐτυχῆς ἐγὼ, ὅτι, τοῦτο μοι συμβεβηκός, ἀλυπος διατελῶ, οὔτε ὑπὸ τοῦ παρόντος θραυόμενος, οὔτε τὸ ἐπιόν φοβούμενος. » Συμβῆναι μὲν γὰρ τὸ τοιοῦτο παντὶ ἐδύνατο· ἀλυπος δὲ οὐ πᾶς ἐπὶ τούτῳ ἂν διετέλεσε. Διὰ τί οὖν ἐκεῖνο μᾶλλον ἀτύχημα, ἢ τοῦτο εὐτύχημα; λέγεις δὲ θλιῶς ἀτύχημα ἀνθρώπου, δὲ οὐκ ἐστὶν ἀπότευγμα τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου; ἀπότευγμα δὲ τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου εἶναι σοὶ δοκεῖ, ὁ μὴ παρὰ τὸ βούλημα τῆς φύσεως αὐτοῦ ἐστι; Τί οὖν; τὸ βούλημα μεμάρθηκας· μὴ τι οὖν τὸ συμβεβηκός τοῦτο καλύσει σε δίκαιον εἶναι, μεγαλόφυγον, σώφρονα, ἔμφρονα, ἀπρόπτωτον, ἀδιάφειστον, αἰδήμονα, ἐλευθερον, τάλλα, ὧν παρόντων ἢ φύσεως ἢ τοῦ ἀνθρώπου ἀπέχει τὰ ἴδια; Μέμνησο λοιπὸν ἐπὶ παντός τοῦ εἰς λύπην σε προαγομένου, τοῦτω χρῆσθαι τῷ δόγματι· οὐχ ὅτι τοῦτο ἀτύχημα, ἀλλὰ τὸ φέρειν αὐτὸ γενναῖα εὐτύχημα.

ν'. Ἰδιωτικὸν μὲν, δμως δὲ ἀνυστικὸν βοήθημα πρὸς θανάτου καταφρόνησιν, ἢ ἀναπόλησιν τῶν γλίσχρων ἐνδιατριψάντων τῷ ζῆν. Τί οὖν αὐτοῖς πλεόν ἢ τοῖς αἰώροις; πάντως ποῦ ποτε κείνται, Καδικιανός, Φάβιος, Ἰουλιανός, Λέπιδος, ἢ εἰ τις τοιοῦτος, οἱ πολλοὺς ἐξήνεγκαν, εἴτα ἐξηνέχθησαν· θλον μικρόν ἐστι τὸ διάστημα, καὶ τοῦτο δι' ὅσων, καὶ μεθ' ὧν ἐξαντλούμενον, καὶ ἐν οἷσιν σωματικῶν; μὴ οὖν ὡς πρᾶγμα.... βλέπε γὰρ ὁπίσω τὸ ἀχανές τοῦ αἰῶνος, καὶ τὸ πρόσω ἄλλο ἀπει-

liberorum parentibus obnoxiorum, quorum est illud : « simpliciter, prout accepimus. »

47. Quemadmodum si quis Deus tibi diceret cras aut ad summum perendie te moriturum, non amplius magni faceres, perendie potius, quam cras, obire, nisi abjectissimi esses animi : quantum enim est intervallum? sic quoque certo aliquo anno e multis potius, quam crastino die, mori magnum esse noli existimare.

48. Perpetuo reputare : quam multi medici occubuerunt, qui saepe super ægrotis supercilia contraxerant! quot mathematici, qui aliorum mortem utrem magnam prædixerant! quot philosophi, qui de morte et immortalitate acerrime et copiosissime disseruerant! quot bellatores, qui multos peremerant! quot tyranni, qui vitæ necisque potestate horribili cum fastu tanquam immortales usi erant! quot urbes, ut ita dicam, emortuæ sunt, Helice et Pompeii et Herculæanum et aliæ innumerabiles! Adde quos ipse novisti, qui alium post alium, postquam hic illius exsequias curavit, et ipse elatus est, alijs alium, atque hæc omnia brevi tempore. Summa est : semper humana spectari oportere ut in unum diem durantiæ et vilia, fieri mucum, cras salsuram aut favillam : hoc quod puncti instar obtinet tempus naturæ convenienter transigere et æquo animo hinc discedere, perinde atque oliva maturitatem adepta decideret, genitricem [terram] collaudans arborique gignenti gratias agens.

49. Promontorii instar esse, ad quod fluctus perpetuo alliduntur : illud autem consistit et circa se maris æstum compescit. « O me infelicem, cui hoc acciderit! » Minime vero, sed « O me beatum, qui, quum hoc mihi acciderit, sine dolore vivam, neque a præsentē ictu vulneratus, neque futuri metuens! » Nam tale quid accidere poterat cuivis; sed non quivis, si hoc ei accidisset, dolore vacuus mansisset. Quare igitur illud infortunium potius, quam hoc felicitas? Num omnino id infortunium vocas, quo hominis fortuna non frustratur? hominis ne natura frustrari tibi videtur eo, quod non contra voluntatem naturæ ejus fit? Quid igitur? Voluntatem nosti : num igitur id quod tibi accidit, te impedit, quominus justus sis, magnanimus, temperans, prudens, ab assentiendi temeritate alienus, erroris immunis, verecundus, liber ceterisque virtutibus ornatus quæ quando adsunt, natura hominis habet sibi propria? Quod reliquum est, memento in omni re, quæ ad dolorem te impellit, illius decreti, id non esse infortunium, sed generose id ferre esse felicitatem.

50. Plebeium quidem, efficax tamen est adjumentum ad mortem contemnendam, memoria recolere eos qui vitæ pertinaciter inhæserunt. Quid igitur plus est iis quam immortalitatis defunctis? Omnino alicubi jacent Cæcilianus, Fabius, Julianus, Lepidus aut si quis alius ejus generis est, qui quum multos extulissent, et ipsi elati sunt? Omnino parvum est intervallum, idque per quod casus et cum quibus hominibus et quali in corpusculo exantlatum? Ne igitur quasi magnum aliquid... Considera enim præteriti ævi immensitatem, futuri illdem aliam immensitatem! in hæc

ρον. Ἐν δὴ τούτῳ, τί διαφέρει ὁ τριήμερος τοῦ τρι-
γερηνίου;

νά. Ἐπὶ τὴν σύντομον αἰὲν τρέχει· σύντομος δὲ ἡ
κατὰ φύσιν· ὥστε κατὰ τὸ ὑγιέστατον πᾶν λέγειν καί
πράσσειν. Ἀπαλλάσσει γὰρ ἡ τοιαύτη πρόθεσις κό-
πων, καὶ στρατείας, καὶ πάσης οἰκονομίας, καὶ κομ-
ψείας.

BIBAION E.

Ὅρθρου, ὅταν δυσόκνως ἐξεγείρῃ, πρόχειρον ἔστω,
ὅτι ἐπὶ ἀνθρώπου ἔργον ἐγείρομαι· τί οὖν δυσκολαίνω,
εἰ πορεύομαι ἐπὶ τὸ ποιεῖν, ὧν ἔνεκεν γέγονα, καὶ ὧν
χάριν προῆγμαι εἰς τὸν κόσμον; ἢ ἐπὶ τούτῳ κατεσκευά-
σμαι, ἵνα κατακείμενος τοῖς στρωματίοις ἐμαυτὸν
βάλω; — Ἀλλὰ τοῦτο ἥδιον. — Πρὸς τὸ ἡδεσθαι
οὖν γέγονας; ὁλος δὲ οὐ πρὸς ποιεῖν, ἢ πρὸς ἐνέργειαν;
οὐ βλέπεις τὰ φυτάρια, τὰ στρουθάρια, τοὺς μύρμηκας,
τοὺς ἀράχνας, τὰς μελίσσας τὸ ἴδιον ποιοῦσας, τὸν καθ'
αὐτὰς συγκοσμούσας κόσμον; ἔπειτα σὺ οὐ θέλεις τὰ
ἀνθρωπικὰ ποιεῖν; οὐ τρέχεις ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν σὴν φύ-
σιν; — Ἀλλὰ δεῖ καὶ ἀναπαύεσθαι. — Δεῖ· ἔδωκε μέντοι
καὶ τούτου μέτρα ἡ φύσις· ἔδωκε [μέντοι] καὶ τοῦ ἐσθίειν
καὶ πίνειν· καὶ θμως σὺ ὑπὲρ τὰ μέτρα, ὑπὲρ τὰ ἀρ-
κοῦντα προχωρεῖς· ἐν ταῖς πράξεσι δὲ οὐκ ἔτι, ἀλλ' ἐντὸς
τοῦ δυνατοῦ. Οὐ γὰρ φιλεῖς σεαυτὸν. Ἐπεὶ τοι καὶ
τὴν φύσιν ἂν σου, καὶ τὸ βούλημα ταύτης ἐφίλεις. Ἀλλ'
οἷ γε τὰς τέχνας ἑαυτῶν φιλοῦντες, συγκατατήκονται
τοῖς κατ' αὐτὰς ἔργοις, ἄλονται καὶ ἀστικοὶ σὺ (δὲ) τὴν
φύσιν τὴν σεαυτοῦ ἔλασσον τιμᾶς ἢ ὁ τορνευτὴς τὴν
τορνευτικὴν, ἢ ὁ ὀρχηστὴς τὴν ὀρχηστικὴν, ἢ ὁ φιλάργυ-
ρος τὸ ἀργύριον, ἢ ὁ κενόδοξος τὸ δοξάριον. Καὶ οὗτοι,
ὅταν προσπαθῶσιν, οὔτε φαγεῖν, οὔτε κοιμηθῆναι θέ-
λουσι μᾶλλον, ἢ ταῦτα συναυεῖν, πρὸς ᾧ διαφέρονται·
σοὶ δὲ αἱ κοινωνικαὶ πράξεις εὐτελέστεραι φαίνονται,
καὶ ἡσσανος σπουδῆς ἀξίαι;

β'. Ὡς εὐκόλῳ ἀπώσασθαι καὶ ἀπαλεῖψαι πᾶσαν
ζατανασίαν [τὴν] ὀχληράν, ἢ ἀνοίκειον, καὶ εὐθὺς ἐν
πάσῃ γαλήνῃ εἶναι.

γ'. Ἄξιον ἑαυτὸν κρίνει παντὸς λόγου καὶ ἔργου τοῦ
κατὰ φύσιν· καὶ μὴ σε παρειπάτω ἡ ἐπακολουθοῦσα
τινων μέμφει, ἢ λόγος, ἀλλὰ, εἰ καλὸν πεπρωχθαι, ἢ
εἰρησθαι, μὴ σεαυτὸν ἀπαξίω. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ἴδιον
ἡγεμονικὸν ἔχουσι, καὶ ἰδίᾳ ὁρμῇ χρῶνται· ἃ σὺ μὴ πε-
ριδλέπεις, ἀλλ' εὐθεῖαν πέραινε, ἀκολουθῶν τῇ φύσει
τῇ ἰδίᾳ καὶ τῇ κοινῇ· μία δὲ ἀμφοτέρων τούτων [ἡ]
δόξ.

δ'. Πορεύομαι διὰ τῶν κατὰ φύσιν, μέχρι πεσῶν
ἀναπαύσομαι, ἐναποπνεύσας μὲν τούτῳ, ἐξ οὗ καθ'
ἡμέραν ἀναπνέω, πεσῶν δὲ ἐπὶ τούτῳ, ἐξ οὗ καὶ τὸ
σπερματικὸν ὁ πατήρ μου συνέλεξε, καὶ τὸ αἱματικὸν ἡ
μήτηρ, καὶ τὸ γαλακτικὸν ἡ τροφός· ἐξ οὗ καθ' ἡμέραν
τοσοῦτοις ἔτεσι βόσκομαι, καὶ ἀρδεύομαι, ὃ φέρει με
πατούντα, καὶ εἰς τοσαῦτα ἀπογρῶμενον αὐτῷ.

ε'. Ἀριμύτητά σου οὐκ ἔχουσ· θαυμάσαι. Ἔστω·

vero quid differt, qui triduum vixit, ab eo, qui per tria
hominum sæcula vitam extraxit?

51. Ad compendiarium semper fac curras : compendiarium
autem, quæ secundum naturam est, ita ut ad sanissimam
rationem quidquid loquaris et facias. Tale enim propositum
te molestiis liberabit et militia et omni dissimulatione et
vafritie.

LIBER V.

1. Mane, quum gravatim expergisceris, promptum ait
hoc : ad hominis opus expergiscor : quid igitur moleste fero,
quod pergo ad ea agenda, quorum causa natus sum, quo-
rum causa in mundum veni? an vero ad hoc natus sum, ut
in stragulis decumbens me foveam? « At hoc magis delectat. » — Ad delectationem igitur natus es, non ad agendum
seu opus faciendum? Videsne arbusculas, passerculos, formi-
cas, araneas, apes, quum quod sui officii est, faciant, suum
exornantes mundum? itane tu ea, quæ hominum sunt,
facere recusas? non properas ad id, quod secundum tuam
naturam est? — « Verum etiam quiete opus est. » — Est;
dedit tamen etiam hujus mensuram natura; dedit item
mensuram edendi ac bibendi; et tu tamen ultra mensuram,
ultra ea, quæ sufficiunt, progredieris; in agendo autem non
ulterius, sed intra id, quod fieri potest : nam te ipsum non
diligis; alioquin etiam naturam tuam ejusque voluntatem
diligeres. Atque ii quidem, qui artes suas diligunt, earum
operibus intabescunt, illoti et impransii; tu naturam tuam
minoris facis quam tornator tornariam quam saltator
saltandi artem, quam avarus argentum, quam ambitiosus
gloriam. Etiam hi, ubi his addicti sunt, neque cibum
nec somnum magis capere expetunt, quam ea amplificare,
quæ ipsos delectant; tibi autem actiones ad societatem per-
tinentes viliores esse videntur et minore studio dignæ?

2. Quam facile amoliri et abstergere visum quodvis vel
molestiam excitans vel societati repugnans, et statim in
summa tranquillitate esse.

3. Dignum te habeto quovis sermone et opere naturæ
conveniente, neque te avertat quæ sequatur quorundam
vituperatio aut sermo, si factu dictive pulcrum est, noli
te eo indignum judicare : illi enim sua utuntur mente suoque
ducuntur impetu; hæc tu noli circumspicere, sed recta
perge, naturæ propriæ et communi obsequens : una et
eadem utriusque via.

4. Proficiscor per ea, quæ secundum naturam sunt,
donec occumbens requiescam, in id animam exspirans,
unde quotidie spiritum haurio et in id cadens, unde pater
semen collegit, sanguinem mater, nutrix lac; unde ex tot
annis pascor et potor, quod me fert calcantem eoque ad
tot res abutentem.

5. Ingenii tui acumen non est, quod admirentur. Sit

ἀλλὰ ἑτερα πολλὰ, ἐφ' ὧν οὐκ ἔχεις εἰπεῖν, « Οὐ γὰρ πέφυκα. » Ἐκεῖνα οὖν παρέχου, ἅπερ ὅλα ἐστὶν ἐπὶ σοί, τὸ ἀκίβδηλον, τὸ σεμνόν, τὸ φερέπον, τὸ ἀφιλήδονον, τὸ ἀμειψίμοιρον, τὸ ὀλιγοδέες, τὸ εὐμενές, τὸ ἐλεύθερον, τὸ ἀπέρισσον, τὸ ἀφλύαρον, τὸ μεγαλεῖον. Οὐκ αἰσθάνη, πόσα ἤδη παρέχεσθαι δυνάμενος, ἐφ' ὧν οὐδεμία ἀφύιας καὶ ἀνεπιτηδεύτητος πρόφασις, ὅμως ἔτι κάτω μένεις ἐκῶν; ἢ καὶ γογγύζειν, καὶ γλισχευέσθαι, καὶ κολακεύειν, καὶ τὸ σωματίον κατατιτῆσθαι, καὶ ἀρεσκεύεσθαι, καὶ περπερεύεσθαι, καὶ τοσαῦτα रि-
πτάζεσθαι τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ ἀφῶς κατεσκευάσθαι, ἀναγκάζη; Οὐ μὰ τοὺς θεούς! Ἀλλὰ τούτων μὲν παλὰι ἀπηλλάχθαι ἐδύνασο· μόνον δὲ, εἰ ἄρα, ὡς βραδύτερος καὶ δυσπαρακολουθητότερος καταγινώσκεισθαι καὶ τοῦτο δὲ ἀσκητέον, μὴ παρενθυμούμενῳ, μηδὲ ἐμφιληδοῦντι τῇ νουθεσίᾳ.

ζ'. Ὁ μὲν τις ἐστὶν, ὅταν τι δεξιδόν περὶ τινα πράξῃ, πρόχειρος καὶ λογίσασθαι αὐτῷ τὴν χάριν. Ὁ δὲ πρὸς τοῦτο μὲν οὐ πρόχειρος, ἄλλως μὲντοι παρ' ἑαυτῷ ὡς περὶ χρεώστου διανοεῖται, καὶ οἶδεν, ὃ πεποίηκεν. Ὁ δὲ τις τρόπον τινὰ οὐδὲ οἶδεν, ὃ πεποίηκεν· ἀλλὰ ὁμοίος ἐστὶν ἀμπελῶ βότρυν ἐνεγκούσῃ, καὶ μὴ δὲν ἄλλο προσεπιζητούσῃ, μετὰ τὸ ἅπας τὸν ἴδιον καρπὸν ἐνηνοχέειν. Ἵππος δρμηλὸν, κύων ἰχνεύσας, μέλισσα μέλι ποιήσασα, ἄνθρωπος δ' εὖ ποιήσας, οὐκ ἐπιβοᾷται, ἀλλὰ μεταβαίνει ἐφ' ἕτερον, ὡς ἀμπελος ἐπὶ τὸ πάλιν ἐν τῇ ὥρᾳ τὸν βότρυν ἐνεγκεῖν. — Ἐν τούτοις οὖν δεῖ εἶναι, τοῖς τρόποις τινὰ ἀπαρακολουθήτως αὐτὸ ποιοῦσι; — Ναί. — Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο δεῖ παρακολουθεῖν· ἴδιον γὰρ (φησί) τοῦ κοινωνικοῦ τὸ αἰσθάνεσθαι, ὅτι κοινωνικῶς ἐνεργεῖ, καὶ νῆ Δία, βούλεσθαι καὶ τὸν κοινωνὸν αἰσθέσθαι. — Ἀληθές μὲν ἐστίν, ὃ λέγεις· τὸ δὲ νῦν λεγόμενον παρεκδέχῃ· διὰ τοῦτο ἔση εἰς ἐκείνων, ὧν πρότερον ἐπεμνήσθην· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι λογικῇ τινι πιθανότητι παράγονται. Ἐάν δὲ θελήσῃς συνεῖναι, τί ποτὲ ἐστὶ τὸ λεγόμενον, μὴ φοβοῦ, μὴ παρὰ τοῦτο παραλήψεις τὴν ἔργον κοινωνικόν.

ζ'. Εὐχὴ Ἀθηναίων, « Ὑσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων καὶ τῶν πεδίων. » Ἦτοι οὐ δεῖ εὐχεσθαι, ἢ οὕτως, ἀπλῶς καὶ ἐλευθέρως.

η'. Ὅποιόν τί ἐστὶ τὸ λεγόμενον, ὅτι « Συνέταξεν ὁ Ἀσκληπιὸς τούτῳ ἱππασίαν, ἢ ψυχρολουσίαν, ἢ ἀνυποδησίαν »· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, « Συνέταξε τούτῳ ἢ τῶν ὅλων φύσει νόσον, ἢ πῆρωσιν, ἢ ἀποβολήν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων. » Καὶ γὰρ ἐκεῖ τὸ « Συνέταξε, » τοιοῦτόν τι σημαίνει, ἔταξε τούτῳ τοῦτο, ὡς κατάλληλον πρὸς ὑγίειαν· καὶ ἐνταῦθα τὸ συμβαίνειν ἐκάστῳ τέτακται πῶς αὐτῷ κατάλληλον πρὸς τὴν εἰμαρμένην. Οὕτως γὰρ καὶ « συμβαίνειν » αὐτὰ ἡμῖν λέγομεν, ὡς καὶ τοὺς τετραγώνους λίθους ἐν τοῖς τεύχεσιν, ἢ ταῖς πυραμίσι, « συμβαίνειν »· οἱ τεχνῖται λέγουσι, συναρμόζοντες ἀλλήλοις τῇ ποιᾷ συνθέσει. Ὅλος γὰρ ἁρμονία ἐστὶ μέγα. Καὶ ὥσπερ ἐκ πάντων τῶν σωματίων ὁ κόσμος τοιοῦτον σῶμα συμπληροῦται, οὕτως ἐκ πάντων τῶν αἰτίων ἡ

ita; verum multa alia sunt, ad quæ te natura aptam esse negare non possis: hæc igitur præsta, quæ tota in te sunt potestate, sinceritate, gravitatem, laborum tolerantiam, voluptatibus abstinere, de sorte non queri, paucis indigere, benevolum esse, liberum, a luxuria, nugis et magnificentia alienum. Sentisne, ad quam multa præstanda viribus pollens, ita ut, quin habilis aptusque sis, nihil sit, quod causeris, tamen adhuc infra ea sponte consistas? Num etiam murmurare et tenacem esse et adulari et corpusculum incusare et assentari et te oslentare et tot res animo voluntare per naturalem ingenii hebetudinem cogeris? Non, per Deos; non; sed his omnibus jampridem liber esse potuisti, et tantum, si modo, propter ingenii tarditatem et hebetudinem notari. Verum etiam in hoc te exerce, nec tarditatem illam negligens neque in ea tibi placens.

6. Alius simul atque gratum alicui aliquid fecit, promptus est ad beneficium illi in accepta referendum; alius ad id non promptus est, ceterum tamen apud se ut de debitore cogitat et novit, quod fecit: alius quodammodo ne novit quidem, quod fecit, sed similis est viti, quæ uvam protulit et nihil præterea appetit, postquam semel fructum suum genuit. Ut equus, qui cucurrit; ut canis, qui feras investigavit; ut apis, quæ mel confecit, ita homo qui bene fecit, non clamore rem extollit, sed ad aliud transit, ut vitis ad uvam iterum suo tempore gignendam. — Inter hos igitur esse oportet, qui quodammodo, quod agunt, ipsi nesciunt? — Oportet. — At hoc ipsum intelligere fas est: nam proprium est (inquit) illius, qui ad communionem natus est, ut sentiat, se quemadmodum societatis amantem decet agere, immo etiam velit, ut socius id sentiat. — Verum quidem est, quod dicis, sed hoc dictum non recte accipis; hinc unus eris ex iis, quorum antea mentionem feci: nam hi quoque rationali quadam probabilitate ducuntur. Quod si intelligere volueris, quid tandem hoc dictum sibi velit, noli timere, ne hac de causa quidquam, quod societati prodest, prætermittas.

7. Votum Atheniensium: « Pluviam, pluviam da, care Jupiter, arvis et pratis Atheniensium! » aut non oportet precari, aut sic, simpliciter et ingenue.

8. Cujusmodi id est, quod vulgo dicunt, « Æsculapium huic vel illi, ut equitet aut frigida lavetur aut nudis pedibus incedat, constituisse; » ejusmodi est etiam hoc, « naturam huic vel illi, ut aegrotet, ut membris mutiletur, ut suos amittat aut aliud ejus generis constituisse; » nam et illic « constituisse » hujusmodi aliquid significat, « statuisse » huic illud [Æsculapium] ut sanitati conveniens, et hic quod cuique contingit, illi aliquo modo statutum esse, ut fato consentaneum; ita enim hæc quoque nobis « contingere » dicimus, ut lapides quadratos in muris aut pyramidibus « contingere » dicunt artifices, quum sibi inter se quadam positione coaptantur. Omnino concentus est unus; et quemadmodum cunctis corporibus hic mundus, quo ejusmodi corpus sit, perficitur, ita ex universis

εἰμαρμένη τοιαύτη αἰτία συμπληροῦται. Νοοῦσι δέ, ὁ λέγω, καὶ οἱ τέλειον ἰδιώται· φασὶ γάρ, « Τούτω ἔφερεν πότῃ. » Οὐκοῦν τοῦτο τοῦτω ἐφέρετο, καὶ τοῦτο τοῦτω συνετάττετο. Δεχόμεθα οὖν αὐτὰ, ὡς ἐκεῖνα, ἃ ὁ Ἀσκληπιὸς συντάττει. Πολλὰ γοῦν καὶ ἐν ἐκείνοις ἐστὶ τραχέα· ἀλλὰ ἀσπαζόμεθα τῇ ἐλπίδι τῆς ὑγείας. Τοιοῦτόν τί σοι δοκεῖται ἀνυσι καὶ συντέλεια τῶν τῇ κοινῇ φύσει δοκούντων, ὅλον ἢ σὴ ὑγίεια. Καὶ οὕτως ἀσπάζου πᾶν τὸ γινόμενον, κἂν ἀπηνέστερον δοκῇ, διὰ τὸ ἐκείσε ἀγειν, ἐπὶ τὴν τοῦ κόσμου ὑγίειαν, καὶ τὴν τοῦ Διὸς εὐδοίαν καὶ εὐπραγίαν. Οὐ γὰρ ἂν τοῦτο τινὶ ἔφερεν, εἰ μὴ τῷ ὅλῳ συνέφερεν. Οὐδὲ γὰρ ἡ τυχούσα φύσις φέρει τι, ὃ μὴ τῷ διοικουμένῳ ὑπ' αὐτῆς κατάλληλόν ἐστι. Οὐκοῦν κατὰ δύο λόγους στέργειν χρὴ τὸ συμβαῖνόν σοι· καθ' ἓνα μὲν, ὅτι σοι ἐγίνετο, καὶ σοι συνετάττετο, καὶ πρὸς σέ πως εἶχεν, ἄνθεν ἐκ τῶν πρεσβυτάτων αἰτίων συγκλωθόμενον· καθ' ἕτερον δέ, ὅτι τῷ τὸ ὅλον διοικούντι τῆς εὐδοίας καὶ τῆς συντελείας, καὶ νῆ Δία τῆς συμμο- νῆς αὐτῆς καὶ τὸ ἰδίᾳ εἰς ἑκάστον ἦκον αἰτίον ἐστι. Πηροῦται γὰρ τὸ δλόκληρον, ἔαν καὶ ὅτιον διακόψῃς τῆς συναφείας καὶ συνεχείας, ὥσπερ τῶν μορίων, οὕτω δὴ καὶ τῶν αἰτίων. Διακόπτεις δέ, ὅσον ἐπὶ σοι, ὅταν ὁσαρσεστῇς, καὶ τρόπον τινὰ ἀναιρῇς.

θ'. Μὴ σιχαίνεῖν, μὴδὲ ἀπαυδᾶν, μὴδὲ ἀποδυσπε- τεῖν, εἰ μὴ κατὰ πικνοῦται σοι τὸ ἀπὸ δογματῶν ὁρθῶν ἑκαστα πράσσειν· ἀλλὰ ἐκχρυσθέντα, πάλιν ἐπανιέναι, καὶ ἀσμενίζειν, εἰ τὰ πλείω ἀνθρωπικώτερα, καὶ φιλεῖν τοῦτο, ἐφ' ὃ ἐπανερχῇ· καὶ μὴ ὡς πρὸς παιδαγωγὸν τὴν φιλοσοφίαν ἐπανιέναι· ἀλλ' ὡς οἱ ὀφθαλμιῶντες πρὸς τὸ σπογγάριον καὶ τὸ ὠν, ὡς ἄλλος πρὸς κατάπλασμα, ὡς πρὸς καταίονησιν. Οὕτως γὰρ οὐδὲν ἐπιδείξει τὸ πει- θαρχεῖν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ προσαναπαύσει αὐτῷ. Μέννησο δέ, ὅτι φιλοσοφία μόνα θέλει, ἢ ἡ φύσις σου θέλει· σὺ δὲ ἄλλο ἤθελες οὐ κατὰ φύσιν. — Τί γὰρ τούτων προση- νέστερον; — Ἡ γὰρ ἡδονὴ οὐχὶ διὰ τοῦτο σφάλλει; Ἀλλὰ θέασαι, εἰ προσηνέστερον μεγαλοφυχία, ἐλευθερία, ἀπλότης, εὐγνωμοσύνη, δσιότης. Αὐτῆς γὰρ φρονή- σεως τί προσηνέστερον; ὅταν τὸ ἀπταιστον, καὶ εὖρου ἐν πᾶσι τῆς παρακολουθητικῆς καὶ ἐπιστημονικῆς δυνά- μεως ἐνθυμηθῇς.

ι'. Τὰ μὲν πράγματα ἐν τοιαύτῃ τρόπῳ τινὰ ἐγκαλύ- φει ἐστίν, ὥστε φιλοσόφοι οὐκ ὀλίγοις, οὐδὲ τοῖς τυχού- σιν, ἔδοξε παντάπασιν ἀκατάληπτα εἶναι. Πλὴν αὐτοῖς γε τοῖς Στωϊκοῖς δυσκατάληπτα δοκεῖ· καὶ πᾶσα ἡ ἡμε- τέρα συγκατάθεσις μεταπτωτή· ποῦ γὰρ ὁ ἀμετάπτω- τος; Μέτιθι τοίνυν ἐπ' αὐτὰ τὰ ὑποκειμένα· ὡς ὀλιγό- χρονα, καὶ εὐτελεῖ, καὶ δυνάμενα ἐν κτήσει κιναιδίου, ἢ πόρνης, ἢ ληστοῦ εἶναι. Μετὰ τοῦτο ἐπιθὶ ἐπὶ τὰ τῶν συμβιούντων ἡθῆ, ὧν μόλις ἐστὶ καὶ τοῦ χαριστάτου ἀνασχέσθαι, ἵνα μὴ λέγω, ὅτι καὶ ἑαυτὸν τις μόλις ὑπο- μένει. Ἐν τοιοῦτω οὖν ζῳῳ καὶ ῥῥῳ καὶ τοσαύτῃ φύσει τῆς τε οὐσίας καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς κινήσεως, καὶ τῶν κινουμένων, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ἐκτιμηθῆναι, ἢ τὸ ὁλοῦ σπουδασθῆναι δυνάμενον, οὐδ' ἐπινοῶ. Τούναν-

causis, ut huiusmodi causa sit, fatum perficitur. Intel- ligunt hoc, quod dico, etiam imperitissimi quique; dicant enim, « tulit hoc illi. » Hoc igitur illi « ferebatur » et hoc « illi constituebatur. » Accipiamus igitur hæc ut ea quæ Æsculapius « constituit »; multa enim etiam in his aspera sunt, quæ tamen sanitatis spe amplectimur. Ejus- modi igitur aliquid tibi videatur perfectio et absolutio eorum, quæ naturæ communi visa sunt, cujusmodi est bona tua valetudo. Et ita quidquid evenit, etiamsi asperum videatur, amplectere, quoniam eo tendit, ad mundi sanitatem et Jovis prosperitatem et felicitatem: non enim id cui- quam ferret, nisi ad universi bonum conferret: neque enim natura ubique obvia quidquam fert, quod rei a se administratæ non consentaneum est. Duæ igitur sunt rationes, cur singulari quodam amoris affectu quidquid even- nerit id amplecti te oporteat: altera, quod tibi factum est, tibi constitutum erat, certa quadam ratione ad te se ha- bebat, inde a principio ex causis antiquissimis tibi con- textum: altera, quod etiam id, quod singulis quibusque privatim contingit, naturæ universitatem administranti in causa est prosperitatis et perfectionis et utique ipsius con- servationis: mutilatur enim integrum ipsum, si vel mini- mum, ut partium, ita et rerum efficientium abscindas: abscindis autem, quantum in te est, quando moleste fers aliquid et quodammodo tollis.

9. Noli fastidiare aut animum despondere aut desperare, si tibi secundum recta decreta singula agere cupienti non perinde semper res successerit; sed deturbatus iterum regredere et contentus esto, si plura homine digniora edideris et id, ad quod reversus es, fac diligas. Neque tanquam ad pædagogum redi ad philosophiam, sed, ut qui oculis laborant ad penicillum et ovum, ut alius ad emplastrum, alius ad perfusionem: sic nihil * te mordebit obsequium rationi præstandum, sed in eo acquiesces. Il- lud autem memento, philosophiam ea sola postulare, quæ natura tua postulet: tu autem aliud volebas non convenienter naturæ. — Quid horum blandius est? — Nonne enim eapropter fallit voluptas? — At vide, gra- tiorne sit magnanimitas, libertas, simplicitas, animi æqui- tas, sanctitas. Ipsa vero prudentia quid jucundius est? si eam cogitaveris ejus facultatis, in qua intelligentia et scientia inest, præstantiam, quæ in nulla re labitur et in omni re prospere fertur.

53. Ubi effici potest ullum opus secundum rationem diis et hominibus communem, ibi nihil est, quod reformides; nam ubi utilitatem consequi potes per actionem prospere progredientem et secundum constitutionem tuam procedentem, ibi ne suspicio quidem damni esse debet.

54. Ubique ac semper penes te est, et in causa præsentē pie acquiescere, et cum hominibus, qui nunc sunt ex iustitiæ lege versari, et visum, quod nunc se offert, explorare, ne quid quod comprehendi nequit, subrepat.

55. Noli aliorum mentes circumspicere, sed eo recta intueri, quo natura ducit, universi natura per ea, quæ tibi accidunt, tua per ea, quæ agere debes. Id autem cuique agendum, quod constitutioni ejus consentaneum est; comparata autem cetera ratione præditorum causa, ut in omnibus aliis deteriora meliorum gratia. Præstantissimum vero in hominis natura est societatis studium; secundum, se non permittere corporeis affectionibus; motui enim, qui a ratione et intellectu oritur, proprium est, se ipsum circumscribere, neque unquam sensuum aut impetus affectionibus succumbere: animalium enim utrique motus sunt; sed qui ab intellectu oritur principatum sibi vindicat, neque ab illis se regi patitur: idque jure; natura enim ita est constitutus, ut omnibus illis utatur. Tertium in natura rationali est, a temeritate in assentiendo et errore alienum esse. Hæc igitur firmiter tenens principatus animi recta procedat et habet quæ sua sunt.

56. Ut mortuum et qui ad hoc *duntaxat* tempus vixerit, quod reliquum est ex abundanti vivere naturæ convenienter.

57. Id solum diligere, quod ipsi accidit et fato connexum est. Quid enim concinnius?

58. In singulis, quæ accidunt, eos ante oculos habere, quibus eadem obveniebant et qui deinde ea ægre ferebant, ut nova admirabantur, querebantur; ubi jam sunt illi? nusquam. Cur igitur tu similiter *agere* vis ac non potius alienos illos motus iis relinquere, qui eos movent iisque moventur? ipse vero totus in eo esse, quomodo iis utaris? Uteris autem recte tibi que materia erunt: huc modo animum adverte et operam da, ut in omni actione bonum te præstes. Denique memento utriusque, *nihil tua interesse quæ eveniant*, interesse autem tua, quæ agas.

59. Intus* fode*: intus fons boni isque qui semper scaturiat, si quidem semper fodias.

60. Oportet vero etiam corpus fixum esse et neque in motu neque in gestu temere jactari; sicut enim in vultu mens se prodat, eumque et compositum et decorum servare studet, ita ut idem in toto corpore fiat, studendum est: hæc autem omnia sine affectatione observanda.

61. Ars vivendi luctatoris similior, quam saltatoris

ὀρηστικῇ, κατὰ τὸ πρὸς τὰ ἐμπύπτοντα, καὶ οὐ προεγνωσμένα, ἔτοιμος καὶ ἀπτόως ἐστάναι.

Ξβ'. Συνεχῶς ἐφιστάναι, τίνες εἰσὶν οὗτοι, ὅφ' ὧν μαυτῶναι θέλεις, καὶ τίνα ἡγεμονικὰ ἔχουσιν. Οὐτε γὰρ μέμνη τοῖς ἀκουσίως πταίουσιν, οὔτε ἐπιμαρτυρήσεως δεῖσιν, ἐμβλέπων εἰς τὰς πηγὰς τῆς ὑπολήψεως καὶ ὁρμῆς αὐτῶν.

Ξγ'. « Πᾶσα ψυχὴ, φησὶν, ἄκουσα στέρεται ἀληθείας. » οὕτως οὖν καὶ δικαιοσύνης, καὶ σωφροσύνης, καὶ εὐμενείας, καὶ παντὸς τοῦ τοιούτου. Ἀναγκαιότατον δὲ τὸ διηνεχῶς τοῦτου μεμνησθαι· ἔση γὰρ πρὸς πάντας πραότερος.

Ξδ'. Ἐπὶ μὲν παντὸς πόνου πρόχειρον ἔστω, ὅτι οὐκ αἰσχροῦ, οὐδὲ τὴν διάνοιαν τὴν κυβερνῶσαν χεῖρῳ ποιεῖ· οὔτε γὰρ, καθὼς ὕλική ἐστιν, οὔτε καθὼς κοινωνικὴ, διαφθερίζει αὐτήν· ἐπὶ μέντοι τῶν πλείστων πόνων καὶ τὸ τοῦ Ἐπικούρου σοὶ βοηθεῖτω, ὅτι οὔτε ἀφόρητον, οὔτε αἰώνιον, ἔκ τῶν ὁρῶν μνημονεύης, καὶ μὴ προσδοξάζης· κακείνου δὲ μέμνησο, ὅτι πολλὰ, πόνῳ τὰ αὐτὰ ὄντα, λανθάνει δυσχεραίνόμενα, ὅσον τὸ νυστάζειν, καὶ τὸ καυματίζεσθαι, καὶ τὸ ἀνορεκτεῖν· ὅταν οὖν τινι τοῦτον δυσαρσστής, λέγε ἑαυτῷ, ὅτι πόνῳ ἐνδίδω.

Ξε'. Ὅρα, μήποτε (τι) τοιοῦτον πάθος πρὸς τοὺς ἀπανθρώπους, ὅσον οἱ ἄνθρωποι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους.

Ξς'. Πόθεν ἴσμεν, εἰ μὴ Τηλαύγης Σωκράτους τὴν διάθεσιν κρίσεω ἦν· οὐ γὰρ ἀρκεῖ, εἰ Σωκράτης ἐνδοξότερον ἀπέθανε, καὶ ἐντρεχέστερον τοῖς σοφισταῖς διελέγετο, καὶ καρτερικώτερον ἐν τῷ πάγῳ διενυκτέρευεν, καὶ τὸν Σαλαμίνιον καλεσθεὶς ἄγειν, γεννικώτερον ἔδοξεν ἀντιβῆναι, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐβρενθύετο· περὶ οὗ καὶ μάλιστα· ἂν τις ἐπιστῇσειεν, εἴπερ ἀληθὲς ἦν· ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖ σκοπεῖν, ποίαν τινὰ τὴν ψυχὴν εἶχε Σωκράτης, καὶ εἰ ἐδύνατο ἀρκεῖσθαι τῷ δίκαιος εἶναι τὰ πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ὅσος τὰ πρὸς θεοὺς, μήτε εἰκὴ πρὸς τὴν κακίαν ἀγανακτῶν, μηδὲ μὴν δουλεύων τινὸς ἀγνοίᾳ, μήτε τῶν ἀπονεμομένων ἐκ τοῦ βίου ὡς ξένον τι δεχόμενος, ἢ ὡς ἀφόρητον ὑπομένων, μήτε τοῖς τοῦ σαρκιδίου πάθεσιν ἐμπαρέχων συμπαθεῖ τὸν νοῦν.

Ξζ'. Ἡ φύσις οὐχ οὕτω συνεκράσε (σε) τῷ συγκρίματι, ὡς μὴ ἐφεῖσθαι περιορίζειν ἑαυτὸν, καὶ τὰ ἑαυτοῦ ὅφ' ἑαυτῷ ποιεῖσθαι· λίαν γὰρ ἐνδύχεται θεῖον ἄνθρωπον γενέσθαι, καὶ ὑπὸ μηδενὸς γνωρισθῆναι. Τοῦτου μείμνησο αἰεὶ, καὶ ἔτι ἐκεῖνον, ὅτι ἐν ὀλιγίστοις κεῖται τὸ εὐδαιμόνως βιώσαι. Καὶ μὴ, ὅτι ἀπῆλπισας διαλεκτικὸς καὶ φυσικὸς ἔσεσθαι, διὰ τοῦτο ἀπογνῶς, καὶ ἐλεύθερος, καὶ αἰδῆμων, καὶ κοινωνικὸς, καὶ εὐπειθὴς θεῷ.

Ξη'. Ἀδιάστως διακῆσαι ἐν πλείστη θυμῷ, καὶ πάντες καταβοῶσιν ἅτινα βούλονται, καὶ τὰ θηρία διασπῆ τὰ μελῦδρια τοῦ περιτεθραμμένου τούτου φερέματος. Τί γὰρ κωλύει, ἐν πᾶσι τοῖς τούτοις τὴν διάνοιαν σώζειν ἑαυτὴν ἐν γαλήνῃ, καὶ κρίσει περὶ τῶν

quatenus adversus ea, quæ incidunt et improvisa sunt, parata et immota consistit.

62. Assiduo pendere, quales sint, a quibus testimonium tibi exhiberi cupis et qualibus præditi sint mentibus. Neque enim incusabis invite peccantes, neque testimonio indigebis, perspectis opinionum et consiliorum fontibus.

63. « Quævis animâ, » inquit « invita privatur veritate. » Itaque etiam justitia et temperantia et benevolentia et aliis ejusmodi virtutibus. Necesse autem est, hujus continuo memineris; eris enim erga omnes mitior.

64. In omni dolore hoc in promptu sit, eum nec turpem esse, nec mentem gubernatricem reddere deteriore; neque enim eam, quatenus * ratione prædita est; neque, quatenus societatis amans, corrumpit. In plerisque tamen doloribus tibi adjumento sit illud Epicuri, neque intolerabilem esse *dolorem*, neque æternum, si modo finium, *quibus continetur*, memor sis neque opinione quidquam adjicias. Id quoque recordare, multa, quæ eandem cum labore naturam habent, clam molestiam creare, ut dormituri, æstu affici, nausea laborare: quando igitur horum aliquid moleste fers, dic tibi, te dolori succumbere.

65. Cave unquam erga inhumanos sic adficiaris, ut homines erga homines.

66. Unde nobis constat, an Telauges non præstantior Socrate fuerit? Neque enim satis est, quod Socrates gloriores morte occubuit et acutius cum sophistis disserebat et patientius in frigore pernoctabat, et Salaminium illum sistere jussus generosius resistere decrevit, et in viis fastum præ se ferebat, ad quod quis vel maxime animadverteret, si quidem verum esset; sed hoc considerari oportet, quali animo fuerit Socrates, an potuerit contentus esse eo, quod se erga homines justum et erga deos pium præberet, nec temere malitiam cujusquam indignaretur, neque ignorantia serviliter assentaretur aut tanquam peregrinum quidquam exciperet ab universo ipsi assignatum aut tanquam intolerandum sustineret, neque caruncula affectionibus mentem affici pateretur.

67. Non ita te natura huic mixtioni commisit, ut tibi non liceat te ipsum circumscribere, et, quæ tui sunt munera, tuæ potestati subjicere; omnino enim fieri potest, ut divinus vir sis et a nemine agnoscaris. Hujus semper memento, simul etiam illius, in paucissimis vitam beatam esse positam, et quamvis desperes te logicorum aut physicorum peritum fore, noli tamen desperare, te liberum et verecundum et societatis amantem et deo obsequentem esse futurum.

68. Tutum ab omni vi in summa animi tranquillitate vivere, etiamsi omnes quæcunque velint adversus te vociferentur, etiamsi membra corporeæ illius massæ, quæ te circumdat, a feris lanientur. Quid enim obstat, quominus inter hæc omnia mens tranquillam se servet, de rebus,

περιστηκότων ἀληθεῖ, καὶ χρήσει τῶν υποβεβλημένων ἐτοίμῃ; ὥστε τὴν μὲν κρίσιν λέγειν τῷ προσπίπτοντι, τοῦτο ὑπάρχεις κατ' οὐσίαν, καὶ κατὰ δόξαν ἄλλοιόν φαίνει· τὴν δὲ χρῆσιν λέγειν τῷ υποπίπτοντι, Σὲ ἐξή-
τουν· αἶε γὰρ μοι τὸ παρὸν βλῆ ἀρετῆς λογικῆς καὶ πολιτικῆς, καὶ τὸ σύνολον τέχνης ἀνθρώπου, ἡ θεοῦ. Πᾶν γὰρ τὸ συμβαῖνον, θεῷ, ἢ ἀνθρώπῳ ἐξοικειοῦται, καὶ οὔτε καινόν, οὔτε δυσμεταχείριστον, ἀλλὰ γνῶριμον καὶ εὐεργές.

ξβ'. Τοῦτο ἔχει ἡ τελειότης τοῦ ἤθους, τὸ πᾶσαν ἡμέραν ὡς τελευταίαν διεξάγειν, καὶ μήτε σφύζειν, μήτε ναρκᾶν, μήτε υποκρίνεσθαι.

ο'. Οἱ θεοὶ, ἀθάνατοι ὄντες, οὐ δυσχεραίνουσιν, ὅτι ἐν τοσοῦτῳ αἰῶνι δεήσει αὐτοὺς πάντως αἶε τοιοῦτων ὄντων καὶ τοσοῦτων φαύλων ἀνέχεσθαι· προσέτι δὲ καὶ κήδονται αὐτῶν παντοίως. Σὺ δὲ, ὅσον οὐδέπω λήγειν μέλλων, ἀπαυδᾷς, καὶ ταῦτα, εἰς ὧν τῶν φαύλων;

οα'. Γελοῖόν ἐστι, τὴν μὲν ἰδίαν κακίαν μὴ φεύγειν, δ καὶ δυνατόν ἐστι· τὴν δὲ τῶν ἄλλων φεύγειν, ὅπερ ἀδύνατον.

οδ'. Ὁ ἂν ἡ λογικὴ καὶ πολιτικὴ δύναμις εὐρίσκη μήτε νοερόν, μήτε κοινωνικόν, εὐλόγως καταδεέστερον ἑαυτῆς κρίνει.

ογ'. Ὅταν σὺ εὖ πεποικηκὼς ᾖς, καὶ ἄλλος εὖ πεπονθὼς, τί ἐτι ζητεῖς τρίτον παρὰ ταῦτα, ὅπερ οἱ μωροὶ, τὸ καὶ δόξει εὖ πεποικηκέναι, ἢ τὸ ἀμυδιῆς τυχεῖν;

οδ'. Οὐδεὶς κάμνει ὠφελούμενος. Ὁφέλεια δὲ πρᾶξις κατὰ φύσιν. Μὴ οὖν κάμνει ὠφελούμενος, ἐν ᾧ ὠφελείς.

οε'. Ἡ τοῦ θλου φύσις ἐπὶ τὴν κοσμοποιίαν ὥρμησε· νῦν δὲ ἴτοι πᾶν τὸ γινόμενον κατ' ἐπακολούθησιν γίνε-
ται, ἢ ἀλόγιστα καὶ τὰ κυριωτάτα ἐστίν, ἐφ' ᾧ ποιεῖται ἰδίαν ὁρμὴν τὸ τοῦ κόσμου ἡγεμονικόν. Εἰς πολλὰ σε γαληνότερον ποιήσει τοῦτο μνημονεύμενον.

BIBAION H.

α'. Καὶ τοῦτο πρὸς τὸ ἀκονόδοξον φέρει, ὅτι οὐκ ἔτι δύνασαι τὸν βίον θλον, ἢ τὸν γε ἀπὸ νεότητος, φιλόσο-
φον βεβιωκέναι· ἀλλὰ πολλοῖς τε ἄλλοις, καὶ αὐτὸς σεαυτῷ δῆλος γέγονας, πόρρω φιλοσοφίας ὦν. Πέ-
φυρσαι οὖν· ὥστε τὴν μὲν δόξαν τὴν τοῦ φιλοσόφου κτήσασθαι, οὐκέτι σοι ῥάδιον· ἀνταγωνίζεται δὲ καὶ ἡ ὑπόθεσις. Εἴπερ οὖν ἀληθῶς ἐώρακας, πῶς κεῖται τὸ πᾶγμα, τὸ μὲν, τί δοῖς, ἀφες· ἀρκέσθητι δὲ, εἰ καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου, ὅσον δῆποτε ἡ σὴ φύσις θέλει βιώ-
σειν. Κατανόησον οὖν, τί θέλει, καὶ μηδὲν ἄλλο σε περισπάτω· πεπειράσαι γάρ, περὶ πόσα πλανηθεῖς, οὐ-
δαμῶς εὖρες τὸ εὖ ζῆν. Οὐκ ἐν συλλογισμοῖς, οὐκ ἐν πλῶτῳ, οὐκ ἐν οὐδῇ, οὐκ ἐν ἀπολαύσει, οὐδαμῶς. Ποῦ οὖν ἐστίν; ἐν τῇ ποιεῖν, ᾧ ἐπιζητεῖ ἡ τοῦ ἀν-
θρώπου φύσις· πῶς οὖν ταῦτα ποιήσει; ἐὰν δόγματα ἔχῃ, ἀφ' ὧν αἱ ὁρμαὶ καὶ αἱ πράξεις. Τίνα δόγματα;

quæ circumstant, vere judicantem, iisque, quæ præ manibus sunt, prout decet, utentem? ita ut iudicium rei, quæ incidit, dicat: « hoc ea revera, quamquam ex opione alius generis videris, » et usus rei, quæ accidit: « te quærebam. » Semper enim mihi quælibet res præsens materia est virtutis rationi et societati consentaneæ omninoque artis humanæ aut divinæ. Quidquid enim accidit, id vel deo vel homini familiare redditur, neque novum est, neque ad tractandum difficile, sed familiare et tractabile.

69. Hoc præstat perfectio morum, ut omnem diem tanquam supremum agas nec palpites nec torpeas nec simules.

70. Dii, quum immortales sint, non aegre ferunt, quod in ævo tam diuturno eos omnino semper oportet tam multos tamque improbos perferre, immo vero etiam omni modo eorum curam gerunt; tu vero, qui jamjam moriturus es, defatigaris, idque quum ipse ex eorum numero sis?

71. Ridiculum est, tuam ipsius vitiositatem non fugere, quod fieri potest; aliorum autem fugere, quod fieri nequit.

72. Quidquid vis rationalis et societatis amans neque rationi consentaneum neque societati utile reperit, id jure infra se positum judicat.

73. Ubi tu alteri bene fecisti et hic a te beneficio affectus est, quid præterea stultorum exemplo tertium quæris, ut bene fecisse aliis videaris et gratiam recipias?

74. Nemo defatigatur utilitatem accipiendo: utilitas autem est actio naturæ consentanea. Noli igitur defatigari tibi prodesse in eo, in quo alii prodes.

75. Universi natura mundi condendi consilium cepit: jam vero aut, quidquid fit, per necessariam consequentiam fit, aut nulla ratione gubernantur ea quoque, quæ principalia sunt, ad quæ gignenda singulari consilio utitur mundi principatus. In multis te tranquilliorē reddet hoc memoria servatum.

LIBER VIII.

1. Hoc quoque ad contemnendam vanam gloriam facit, quod non amplius totam vitam, eam saltem, quæ a prima ætate peracta est, ut philosophum decet, peregissee potes; sed et multis aliis et tibi ipsi visus es longissime a philosophia abesse. Perturbatus igitur es, ut philosophi nomen tueri non amplius tibi facile sit: adversatur autem vita quoque institutum. Siquidem igitur recte intellexisti, quo in loco res sit posita, missa existimatione tua, eo contentus sis, si quod reliquum est vitæ, quantumcunque donum natura tibi dare velit bene transigis. Disce, igitur, quid velit, neque aliud quidquam te distrahat: expertus enim es, circa quot res vagatus beatam vitam nusquam inveneris, non in ratiocinationibus, non in divitiis, non in gloria, non in oblectatione, nusquam. Ubi igitur sita est? In eo, ut facias, quæ hominis natura exigit: hæc vero quomodo facies? si decreta habes, ex quibus agendi conatus et actio.

τὰ περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν· ὡς οὐδενὸς μὲν ἀγαθοῦ ὄντος ἀνθρώπῳ, δ' οὐχὶ ποιεῖ δίκαιον, σώφρονα, ἀνδρείον, ἐλεύθερον, οὐδενὸς δὲ κακοῦ, δ' οὐχὶ ποιεῖ τάναντία τοῖς εἰρημένοις.

β'. Καθ' ἑκάστην πρᾶξιν ἐρώτα σεαυτὸν, Πῶς μοι αὕτη ἔχει; μὴ μετανοήσω ἐπ' αὐτῇ; μικρὸν καὶ τέθνηκα, καὶ πάντ' ἐκ μέσου. Τί πλέον ἐπιζητῶ, εἰ τὸ παρὸν ἔργον ζώου νοεροῦ, καὶ κοινωνικοῦ καὶ ἰσονόμου θεοῦ;

γ'. Ἀλέξανδρος [δὲ] καὶ Γάιος καὶ Πομπήϊος, τί πρὸς Διογένη καὶ Ἡράκλειτον καὶ Σωκράτην; Οἱ μὲν γὰρ εἶδον τὰ πράγματα, καὶ τὰς αἰτίας, καὶ τὰς ὕλας, καὶ τὰ ἡγεμονικά ἦν αὐτῶν ταῦτά· ἐκεῖ δὲ ὥσων πρόνοια; καὶ δουλεία πόσων;

δ'. Ὅτι οὐδὲν ἤττον τὰ αὐτὰ ποιήσουσι, κὰν σὺ διαβῇαι.

ε'. Τὸ πρῶτον μὴ ταράσσω· πάντα γὰρ κατὰ τὴν τοῦ θλου φύσιν· καὶ ὀλίγου χρόνου οὐδεὶς οὐδαμῶς ἔσθ' ὥσπερ οὐδὲ Ἀδριανὸς, οὐδὲ Αὔγουστος. Ἐπειτα ἀτενίσας εἰς τὸ πρᾶγμα, ἴδε αὐτὸ, καὶ συμμημονεύσας, ὅτι ἀγαθὸν σε ἀνθρώπον εἶναι δεῖ, καὶ τί τοῦ ἀνθρώπου ἡ φύσις ἀπαιτεῖ, πρᾶξον τοῦτο ἀμετατρέπτι, καὶ εἰπέ, ὡς δικαιοτάτον φαίνεται σοι· μόνον εὐμενῶς, καὶ αἰδημόνως, καὶ ἀνυποκρίτως.

ς'. Ἡ τῶν θλων φύσις τοῦτο ἔργον ἔχει, τὰ ὅδε ὄντα ἐκεῖ μετατιθεῖναι, μεταβάλλειν, αἶρειν ἔνθεν, καὶ ἐκεῖ φέρειν. Πάντα τροπαί· οὐχ ὥστε φοβηθῆναι, μὴ τι καινόν· πάντα συνήθη· ἀλλὰ καὶ ἴσαι αἱ ἀπονεμησεις.

ζ'. Ἀρκεῖται πᾶσα φύσις ἑαυτῇ εὐδοδύσει· φύσις δὲ λογικὴ εὐοδεῖ, ἐν μὲν φαντασίαις μῆτε ψευδεῖ, μῆτε ἀγῶνι συγκατατιθεμένη· τὰς ὁρμὰς δὲ ἐπὶ τὰ κοινωνικά ἔργα μόνᾳ ἀπευθύνουσα· τὰς ὁρεξεις δὲ καὶ ἐκκλητικὰς τῶν ἐπ' ἡμῖν μόνον πεποιημένη· τὸ δὲ ὑπὸ τῆς κοινῆς φύσεως ἀπονεμόμενον πᾶν ἀσπαζομένη. Μέρος γὰρ αὐτῆς ἐστίν, ὡς ἡ τοῦ φύλλου φύσις τῆς τοῦ φυτοῦ φύσεως· πλὴν ὅτι ἐκεῖ μὲν ἡ τοῦ φύλλου φύσις μέρος ἐστὶ φύσεως καὶ ἀναισθήτου καὶ ἀλόγου, καὶ ἐμποδίζεσθαι δυναμένης, ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου φύσις μέρος ἐστὶν ἐμπεποδίστου φύσεως καὶ νοερᾶς καὶ δικαίας· εἶγε ἴσους καὶ κατ' ἀξίαν τοὺς μερισμοὺς χρόνων, οὐσίας, αἰτίου, ἰεργείας, συμβάσεως, ἑκάστοις ποιεῖται. Σκόπει δὲ, μὴ εἰ τὸ πρὸς τὸ ἐν ἴσον εὐρήσεις ἐπὶ παντός, ἀλλὰ εἰ συλλήβδην τὰ πάντα τοῦδε πρὸς ἀθρόα τὰ τοῦ ἐτέρου.

η'. Ἀναγινώσκειν οὐκ ἔξεστιν. Ἀλλὰ ὕβριν ἀνείργειν ἔξεστιν· ἀλλὰ ἡδονῶν καὶ πόνων καθυπερτερεῖν ἔξεστιν· ἀλλὰ τοῦ δοξαρίου ὑπεράνω εἶναι ἔξεστιν· ἀλλὰ ἰκισθήτοις καὶ ἀχαρίστοις μὴ θυμοῦσθαι, προσέτι κηῖσθαι αὐτῶν, ἔξεστιν.

θ'. Μηκέτι σου μηδεὶς ἀκούσθ' καταμεμφομένου τὸν ἐν αὐτῇ βίον, μηδὲ τὸν σεαυτοῦ.

ι'. Ἡ μετανόια ἐστὶν ἐπιληψίς τις ἑαυτοῦ, ὡς χρησμών τι παρεικότος· τὸ δὲ ἀγαθὸν χρησίμῳ τι δεῖ εἶναι, καὶ ἐπιμελητέον αὐτοῦ τῷ καλῷ ἀγαθῷ ἀνδρί·

nes existunt. Quænam decreta? de bonis et malis. nihil bonum esse homini, quod cum non justum, temperantem, fortem, liberum reddat, nihil malum, quod non efficiat contraria iis, quæ dixi.

2. In singulis actionibus te ipse interroga: Quomodo hæc mihi habet? num ejus me poenitebit? breve est tempus, et mortuus sum et omnia evanuerunt. Quid est, quod amplius requiram, si id quod nunc facio est animalis ratione præditi, societatis studiosi, ex eadem, qua deus, lege agentis?

3. Alexander et Gaius et Pompeius quid ad Diogenem et Heraclitum et Socratem? Hi enim res et earum causas ac materias perspectas habebant et eorum mentes erant *semper* eadem. In illis vero quot rerum erat cautio, quantum rerum servitus!

4. Nihilominus eadem facient, etiamsi tu ruptus fueris.

5. Primum noli perturbari: omnia enim secundum universi naturam *eveniunt*, et intra breve tempus nullus usquam eris, ut neque Hadrianus neque Augustus: dein in rem intentus eam considera, memor simul, te oportere *esse* virum bonum, et, quod hominis natura exigit, id fac simpliciter, et loquere, ut justissimum tibi videtur; modo placide, verecunde et sine simulatione.

6. Rerum omnium natura hoc agit, ut quæ hic sunt, illuc transferat et mutet, hinc tollat et illic deponat: omnia mutantur; hinc non est ut metuas, ne quid novi: omnia usitata, sed etiam omnia æqualiter distribuuntur.

7. Omnis natura sese ipsa contenta est, quando prospere procedit: natura autem ratione prædita prospere procedit, ubi in *oblatis rerum* visis neque falso neque dubie assentitur; animi porro impetus ad solas actiones societati convenientes dirigit; ea denique tantum appetit et aversatur, quæ in nostra potestate sita sunt et quidquid a communi natura assignatum est amplectitur; ejus enim pars est, quemadmodum natura folii pars est naturæ arboris, nisi quod folii natura pars est naturæ sensu ac ratione carentis ejusdemque, quæ impediri potest; hominis contra natura pars naturæ, quæ impediri non potest, rationalis et justæ, si quidem ex æquo pro cujusque dignitate tempus, materiam, formam, facultatem, eventum singulis tribuit: considera autem, non, an singula cum singulis comparando æqualia in omnibus reperias, sed, an universis alterius cum alterius confertim comparatis.

8. Legere non licet. At contumeliam arcere licet; at voluptates ac dolores contemnere licet; at gloriola superiorem esse licet; at stupidis et ingratis non irasci, adeoque eorum curam gerere licet.

9. Nemo te posthac aut vitam aulicam aut tuam reprehendentem audiat.

10. Poenitentia est reprehensio quædam sui ipsius, quasi inutile quid neglexerit; bonum autem sit utile quid necesse est, et quod curæ esse debeat viro bono et honesto; nemi-

οὐδεις δ' ἂν καλὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ μετανοήσειεν, ἐπὶ τῷ ἡδονῇ τινα παρεικέναι· οὔτε ἄρα χρήσιμον, οὔτε ἀγαθὸν ἡδονή.

ια'. Τοῦτο τί ἐστὶν αὐτὸ καθ' ἑαυτοῦ τῇ ἰδίᾳ κατασκευῇ; τί μὲν τὸ οὐσιώδες αὐτοῦ καὶ ὑλικόν; τί δὲ τὸ αἰτιώδες; τί δὲ ποιεῖ ἐν τῷ κόσμῳ; πόσον δὲ χρόνον ὑφίσταται;

ιβ'. Ὅταν ἐξ ὑπνου δυσχερῶς ἐγείρῃ, ἀναμιμνήσκου, ὅτι κατὰ τὴν κατασκευὴν σου ἐστὶ, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπικὴν φύσιν, τὸ πράξεις κοινωνικὰς ἀποδιδόναι, τὸ δὲ καθεύδειν κοινὸν καὶ τῶν ἀλόγων ζώων· δὲ κατὰ φύσιν ἐκάστῳ, τοῦτο οἰκειότερον καὶ προσφυέστερον, καὶ δὴ καὶ προσηγέστερον.

ιγ'. Διηνεκῶς καὶ ἐπὶ πάσης, εἰ οἷόν τε, φαντασίας φυσιολογεῖν, παθολογεῖν, διαλεκτικεύεσθαι.

ιδ'. Ὁ ἂν ἐντυγχάνῃς, εὐδὲς σαυτῷ πρόλεγε· οὗτος τίνα δόγματα ἔχει περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν; εἰ γὰρ περὶ ἡδονῆς καὶ πόνου, καὶ τῶν ποιητικῶν ἐκατέρου, καὶ περὶ δόξης, ἀδοξίας, θανάτου, ζωῆς, τοιαύδε τίνα δόγματα ἔχει, οὐδὲν θαυμαστόν, ἡ ξένον μοι δόξει, ἐὰν τάδε τίνα ποιῇ· καὶ μεμνήσομαι, ὅτι ἀναγκάζεται οὕτως ποιεῖν.

ιε'. Μέννησο, ὅτι, ὥσπερ αἰσχροὺς ἐστὶ ξενίζεσθαι, εἰ ἡ συκὴ σῦκα φέρει, οὕτως, εἰ ὁ κόσμος τάδε τίνα φέρει, ὧν ἐστὶ φορὸς καὶ ἱατρῷ δὲ καὶ κυβερνήτῃ αἰσχρὸν ξενίζεσθαι, εἰ πεπύρεγεν οὗτος, ἡ εἰ ἀντίποινα γέγονεν.

ις'. Μέννησο, ὅτι καὶ τὸ μετατίθεσθαι καὶ ἐπεσθαι τῷ διορθοῦντι ὁμοίως ἐλευθερόν ἐστι. Σὴ γὰρ ἐνέργεια κατὰ τὴν σὴν δρῆν καὶ κρίσιν, καὶ δὴ καὶ κατὰ νοῦν τὸν σὸν περαιομένην.

ιζ'. Εἰ μὲν ἐπὶ σοί, τί αὐτὸ ποιεῖς; εἰ δὲ ἐπ' ἄλλῳ, τίιν μέρμηρ; ταῖς ἀτόμοις, ἢ τοῖς θεοῖς; ἀμφοτέρω μακρόν. Οὐδενὶ μεμπτέον. Εἰ μὲν γὰρ δύνασαι, διόρθωσον· εἰ δὲ τοῦτο μὴ δύνασαι, τό γε πρᾶγμα αὐτό· εἰ δὲ μὴδὲ τοῦτο, πρὸς τί ἐτι σοι φέρει τὸ μέμψασθαι; εἰκὴ γὰρ οὐδὲν ποιητέον.

ιη'. Ἐξω τοῦ κόσμου τ' ἀποθανὼν οὐ πίπτει. Εἰ ὧδε μένει, καὶ μεταβάλλει ὧδε καὶ διαλύεται εἰς τὰ ἴδια, ἃ στοιχεῖά ἐστι τοῦ κόσμου καὶ σά. Καὶ αὐτὰ δὲ μεταβάλλει, καὶ οὐ γογγύζει.

ιθ'. Ἐκαστον πρὸς τι γέγονεν, ἵππος, ἄμπελος· τί θαυμάζεις; καὶ ὁ ἥλιος ἐρεῖ, πρὸς τι ἔργον γέγονα, καὶ οἱ λοιποὶ θεοί. Σὺ οὖν πρὸς τί; τὸ ἡδεσθαι; ἴδε, εἰ ἀνέχεται ἡ ἔννοια.

κ'. Ἡ φύσις ἐστόχασται ἐκάστου, οὐδὲν τι ἔλασσον τῆς ἀπολήξεως, ἢ τῆς ἀρχῆς τε καὶ διεξαγωγῆς, ὥς δὲ ἀναβάλλων τὴν σφαῖραν· τί οὖν ἀγαθὸν τῷ σφαιρῷ ἀναφερομένῳ, ἡ κακὸν καταφερομένῳ, ἢ καὶ πεπτωκότι; τί δὲ ἀγαθὸν τῇ πομφόλυγι συνεστώσῃ, ἡ κακὸν διαλυθείσῃ; τὰ ὅμοια δὲ καὶ ἐπὶ λύχνῳ.

κα'. Ἐκστρέψον, καὶ θέασαι, οἷόν ἐστι, γηράσαν δὲ οἷον γίνεται, νοσήσαν δὲ, πορευσάν.

Βραχυδίων καὶ δὲ ἐπαινῶν καὶ δὲ ἐπαινούμενος, καὶ

nem vero bonum et honestum pœniteret, si voluptatem aliquam neglexisset: neque igitur utile neque bonum est voluptas.

11. Hoc quidnam per se est et ex propria ejus constitutione? quænam ejus vera natura et materia et forma? Quid facit in mundo? quamdiu subsistit?

12. Cum gravatim e somno expergisceris, reminiscere, et constitutioni tuæ et naturæ humanæ esse consentaneum, ut actiones societati utiles edas, dormire autem tibi etiam cum brutis animantibus commune esse; quod vero cuique secundum naturam est, id ei est familiarius et aplius et vero jucundius.

13. In omni viso, quantum potes, physicas et pathologicas et dialecticas rationes in usum perpetuo adhibe.

14. Quemcunque conveneris, statim tu tecum loquere: quænam hic habet placita de bonis et malis? nam si quæ ejusmodi de voluptate et dolore iisque, quæ utrumque efficiunt, de fama porro, ignominia, morte et vita habet placita, neque mirum neque novum mihi videbitur, si ejusmodi faciat; et memor ero, eum vi cogi, ut ita agat.

15. Memento, quemadmodum turpe sit, tanquam de re insueta mirari, quod ficus ficum ferat, ita quoque, si mundus ea, quorum ferax sit, ferat; et vero medico atque gubernatori turpe, obstupescere, si quis febri laboret aut ventus adversus existat.

16. Memento, sententiam mutare et recte monenti obsequi pariter liberi hominis esse: tua enim est actio quæ secundum tuum consilium atque judicium et vero ex animi tui sententia perficitur.

17. Si tui est arbitrii, cur facis? sin alius, quid accusas? atomos, an deos? utrumque est insani. Nihil reprehendendum. Si enim potes, corrige peccantem; si hoc nequis, rem ipsam; si ne hoc quidem potes, quid tibi amplius confert reprehendisse? nihil enim temere faciendum.

18. Quod mortuum est, mundo non excidit. Si hic manet, etiam mutatur hic, et dissolvitur in elementa sua, quæ eadem et mundi sunt et tua: hæc quoque mutantur nec mussant.

19. Unumquodque alicujus rei causa natum est, quid miraris? Sol quoque dicet: alicujus rei causa factus sum, idem reliqui dii. Tu igitur cujus rei causa? num ut delecteris? vide, num intelligentia hoc ferat.

20. Natura cujusque rei rationem habet, non minus, quod ad ejus finem attinet, quam ad ortum ejus et transitum, ad instar ejus, qui pilam emittit. Quid igitur boni pilæ sursum missæ aut mali eidem descendenti aut adeo delapsæ? quid boni bullæ consistenti, aut mali dissolutæ? Eadem de lucerna valent.

21. Inverte corpus et vide, quale sit, senio confectum quale fiat, morbo languidum, * proclinatorum.

Brevis est vita et ejus, qui laudat, et ejus, qui laudatur.

ὁ μνημονεύων, καὶ ὁ μνημονεύόμενος. Προσέτι δὲ καὶ ἐν γωνίᾳ τούτου τοῦ κλίματος, καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα πάντες συμφωνοῦσι, καὶ οὐδὲ αὐτὸς τις αὐτῶν καὶ ὅλη δὲ ἡ γῆ στιγμῇ.

κδ'. Πρόσχε τῷ ὑποκειμένῳ, ἢ τῷ δόγματι, ἢ τῇ ἐνεργείᾳ, ἢ τῷ σημαινόμενῳ.

Δικαίως ταῦτα πάσχεις μᾶλλον δὲ θέλεις ἀγαθὸς αὐρίον γενέσθαι, ἢ σήμερον εἶναι.

κε'. Πράσσω τι; πράσσω ἐπ' ἀνθρώπων εὐποιᾶν ἀναφέρων συμβαίνει τί μοι; δέχομαι, ἐπὶ τοὺς θεοὺς ἀναφέρων, καὶ τὴν πάντων πηγὴν, ἀφ' ἧς πάντα τὰ γινόμενα συμμηρῶνται.

κδ'. Ὅποιόν σοι φαίνεται τὸ λούεσθαι, ἑλαιον, ἰσθῶς, ῥύπος, ὕδωρ γλοιῶδες, πάντα σικχαντά τοιοῦτον πᾶν μέρος τοῦ βίου, καὶ πᾶν ὑποκείμενον.

κε'. Λούκιλλα Οὐῆρον, εἴτα Λούκιλλα Σέκουνδα Μᾶξιμον, εἴτα Σέκουνδα Ἐπιτύγχανος Διότιμον, εἴτα Ἐπιτύγχανος Φαυστίαν Ἀντωνίνος, εἴτα Ἀντωνίνος τοιαῦτα πάντα. Κέλερ Ἀδριανόν, εἴτα Κέλερ. Οἱ δὲ δριμύεις ἐκεῖνοι, ἢ προγνωστικοί, ἢ τετυφωμένοι, ποῦ; οἷον, δριμύεις μὲν, Χάραξ καὶ Δημήτριος ὁ Πλατωνικός, καὶ Εὐδαίμων, καὶ εἰ τις τοιοῦτος. Πάντα ἐρήμερα, τεθνηχότα πάλαι· ἐνιοὶ μὲν οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον μνημονευθέντες· οἱ δὲ εἰς μύθους μεταβαλόντες· οἱ δὲ ἤδη καὶ ἐκ μύθων ἐξίτηλοι. Τούτων οὖν μεμνησθαι, ὅτι δεήσει ἦτοι σκεδασθῆναι τὸ συγκριμάτιόν σου, ἢ οὐδὲ σκεδασθῆναι τὸ πνευμάτιον, ἢ μεταστῆναι, καὶ ἀλλαχού καταταχθῆναι.

κε'. Εὐφροσύνη ἀνθρώπου, ποιεῖν τὰ ἴδια ἀνθρώπου. Ἴδιον δὲ ἀνθρώπου, εὐνοία πρὸς τὸ ὁμόφυλον, ὑπερόρασις τῶν αἰσθητικῶν κινήσεων, διάκρισις τῶν πιθανῶν φαντασιῶν, ἐπιθεώρησις τῆς τῶν ὄλων φύσεως καὶ τῶν κατ' αὐτὴν γινομένων.

κε'. Τρεῖς σχέσεις· ἡ μὲν πρὸς τὸ αἷτιον τὸ περικείμενον· ἡ δὲ πρὸς τὴν θεῖαν αἰτίαν, ἀφ' ἧς συμβαίνει πᾶσι πάντα· ἡ δὲ πρὸς τοὺς συμβιούοντας.

κη'. Ὁ πόνος ἦτοι τῷ σώματι κακόν· οὐκοῦν ἀποραινέσθω· ἢ τῇ ψυχῇ· ἀλλ' ἔξεστιν αὐτῇ, τὴν ἰδίαν εὐθρίαν καὶ γαλήνην διαφυλάσσειν, καὶ μὴ ὑπολαμβάνειν, ὅτι κακόν. Πᾶσα γὰρ κρίσις, καὶ ὁρμή, καὶ ὄρεξις, καὶ ἐκκλισίς, ἔνδον, καὶ οὐδὲν κακόν ὧδε ἀναβαίνει.

κθ'. Ἐξάλειφε τὰς φαντασίας, συνεχῶς σεαυτῷ λέγων· νῦν ἐπ' ἐμοὶ ἐστίν, ἵνα ἐν ταύτῃ τῇ ψυχῇ μηδεμία πονηρία ᾖ, μηδὲ ἐπιθυμία, μηδὲ ὄλος παραγῇ τις· ἀλλὰ βλέπων πάντα, ὅποια ἐστὶ, χρωμαί· ἐκάστω κατ' εἶαν. Μέννησο ταύτης τῆς ἐξουσίας κατὰ φύσιν.

λ'. Ἀλεῖν, καὶ ἐν συγλήτῳ, καὶ πρὸς πάνθ' ὄντων κοσμίως, μὴ περιττανῶς· ὑγιεῖ λόγῳ χρῆσθαι.

λα'. Αὐλὴ Αὐγούστου, γυνή, θυγάτηρ, ἔγγονοι, πρόγονοι, ἀδελφῇ, Ἀγρίππας, συγγενεῖς, οἰκεῖοι, φίλοι, Ἀρεῖος, Μαϊκήνας, ἱατροί, θύται· ὅλως αὐλῆς θάπταις. Εἴτα ἐπιθὶ τὰ ἄλλα, μὴ καθ' ἑνὸς ἀνθρώπου βίαντον, οἷον Πομπηίων· καχεῖνο δὲ τὸ ἐπιγραφόμενον τῆς μνήμαςιν, ΕΣΧΑΤΟΣ ΤΟΥ ΙΔΙΟΥ ΓΕΝΟΥΣ· ἐπιλο-

ejus, qui mentionem facit, et ejus, cujus mentio fit. Præterea hoc fit in angulo hujus plagæ, et ne ibi quidem omnes consentiunt, immo ne sibi ipse quisquam : tota denique terra puncti instar.

22. Animum adverte ad rem subjectam aut decretum aut vim aut id, quod significatur.

Merito hæc pateris : mavis enim cras bonus fieri, quam hodie bonus esse.

23. Facio aliquid? ita facio, ut ad hominum salutem id referam : accidit mihi aliquid? ita accipio, ut id ad deos referam et fontem omnium rerum, a quo omnia, quæ fiunt, inter se connexa proficiscuntur.

24. Quale tibi videtur lavari, oleum, sudor, sordes, aqua viscida, omnia putida; talis quævis vitæ pars est et quævis res subjecta.

25. Lucilla Verum, deinde Lucilla; Secunda Maximum, deinde Maximus; Epitynchanus Diotimum, deinde Epitynchanus; Faustianam Antoninus, deinde Antoninus. Hujusmodi omnia : Celer Hadrianum, deinde Celer; quin etiam acres illi et futurorum præscii et fastu elati ubi nunc sunt? ut ex acribus Charax, Demetrius Platonius, Eudæmon et si quis alius ejusmodi. Omnia caduca et jam dudum emortua : aliorum ne minimum quidem tempus mansit memoria; alii in fabulas abierunt; alii jam adeo e fabulis evanuerunt. Horum igitur memento, aut dissipatum iri compagem tuam aut extinctum iri spiritum aut migratum esse et alibi constitutum iri.

26. Lætatur homo, quum facit, quæ homini propria sunt : proprium autem est homini, benevolum esse erga contribules, motus sensuum contemnere, visa probabilia discernere, naturam universitatis et ea, quæ secundum hanc fiunt, contemplari.

27. Tres rationes : una ad vas circumdatum, altera ad causam divinam, a qua omnibus evenit quidquid evenit, tertia ad eos, quibuscum vivis.

28. Dolor aut corpori malum : ergo hoc pronunciet! aut animo; verum huic licet, serenitatem suam et tranquillitatem servare et non opinari, esse malum; omne enim judicium et impetus et appetitus et aversatio intus est, eoque nihil mali adscendit.

29. Exstingue visa, sæpe tecum loquens : Nunc in potestate mea situm est, ut nulla in hoc animo improbitas insit, nulla cupiditas, nulla omnino perturbatio, sed ut, omnibus, qualia sint, perspectis, singulis pro dignitate utar. Memor esto hujus potestatis a natura tibi tributæ.

30. Loqui et in senatu et cum quolibet modeste nec voce nimis intenta : sano sermone uti.

31. Aula Augusti, uxor, filia, nepotes, privigni, soror. Agrippa, cognati, familiares, amici, Areus, Mæcenas, modici, sacrificuli : totius aulæ mors. Tum perge ad alia, quæ non ad unius mortem pertinent, ut Pompeiorum, ad id, quod in monumentis inscribitur : ULTIMUS CENTUS SUÆ, et re-

γίεσθαι, πόσα ἐσπάσθησαν οἱ πρὸ αὐτῶν, ἵνα διδόν-
χόν τινα καταλίπωσιν· εἴτα, ἀνάγκη ἔσχατόν τινα γε-
νέσθαι· πάλιν ὧδε ὅλου γένους θάνατον.

λδ'. Συντιθέναι δεῖ τὸν βίον κατὰ μίαν πρᾶξιν· καὶ
εἰ ἐκάστη τὸ αὐτῆς παρέχει, ὡς οἷόν τε, ἀρκεῖσθαι·
ἵνα δὲ τὸ αὐτῆς παρέχη, οὐδὲ εἰς σε καλῶσαι δύνα-
ται. — Ἄλλ' ἐνστήσεται τι ἔξωθεν. — Οὐδὲν εἰς γε τὸ
δικαίως καὶ σωφρόνως καὶ εὐλογίως· ἄλλο δέ τι ἴσως
ἐνεργητικὸν κωλυθήσεται; ἀλλὰ τῇ πρὸς αὐτὸ τὸ κώ-
λυμα εὐαρεστήσει, καὶ τῇ ἐπὶ τὸ διδόμενον εὐγνώμονι
μεταδώσει, εὐθὺς ἄλλη πρᾶξις ἀντικαθίσταται, ἐναρ-
μόσουσα εἰς τὴν σύνθεσιν, περὶ ἧς ὁ λόγος.

λγ'. Ἀτύφως μὲν λαβεῖν, εὐλύτως δὲ ἀφεῖναι.

λδ'. Εἰ ποτε εἶδες χεῖρα ἀποκεκομμένην, ἢ πόδα,
ἢ κεφαλὴν [ἀποτετμημένην], χωρὶς πού ποτε ἀπὸ τοῦ
λοιποῦ σώματος κειμένην, τοιοῦτον ἑαυτὸν ποιεῖ, ὅσον
ἐφ' ἑαυτῷ, ὁ μὴ θέλων τὸ συμβαῖνον, καὶ ἀποσχίζων
ἑαυτὸν, ἢ ὁ ἀκοινωνητόν τι πράσσων. Ἀπέβριψαί πού
ποτε ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἐνώσεως· ἐπερύκεις γὰρ μέ-
ρος· νῦν δὲ σεαυτὸν ἀπέκοψας. Ἄλλ' ὧδε κομψὸν ἐκεί-
νο, ὅτι ἔξῃς σοι πάλιν ἐνώσαι σεαυτόν. Τοῦτο ἄλλω
μέρει οὐδενὶ θεὸς ἐπέτρεψεν, χωρισθέντι καὶ διακοπέντι,
πάλιν συνελθεῖν. Ἀλλὰ σκέψαι τὴν χρηστότητα, ἣ
τετίμηκε τὸν ἄνθρωπον· καὶ γὰρ ἵνα τὴν ἀρχὴν μὴ
ἀποβράγῃ ἀπὸ τοῦ ὅλου, ἐπ' αὐτῇ ἐποίησε· καὶ ἀπορ-
βανέντι πάλιν ἐπανελθεῖν, καὶ συμφῶναι, καὶ τὴν τοῦ
μέρους τάξιν ἀπολαβεῖν ἐποίησεν.

λε'. Ὡς περ τὰς ἄλλας δυνάμεις ἕκαστος τῶν λογι-
κῶν σχεδὸν ὅσον ἡ τῶν λογικῶν φύσις, οὕτως καὶ ταύτην
παρ' αὐτῆς εἰλήφαμεν. Ὅν τρόπον γὰρ ἐκείνη πᾶν
τὸ ἐνιστάμενον καὶ ἀντιβαῖνον ἐπιπεριτρέπει καὶ κα-
τατάσσει εἰς τὴν εἰμαρμένην, καὶ μέρος αὐτῆς ποιεῖ,
οὕτως καὶ τὸ λογικὸν ζῶον δύναται πᾶν κώλυμα ὕλην
αὐτοῦ ποιεῖν, καὶ χρῆσθαι αὐτῷ, ἐφ' οἷον ἂν καὶ ὥρ-
ησε.

λς'. Μὴ σε συγχέτω ἡ τοῦ ὅλου βίου φαντασία.
Μὴ συμπερινοίει, ἐπιπύονα οἷα καὶ ὅσα πιθανὸν ἐπιγε-
γενῆσθαι· ἀλλὰ καθ' ἕκαστον τῶν παρόντων ἐπερώτα
σεαυτὸν, τί τοῦ ἔργου τὸ ἀφόρητον καὶ ἀνύποιστον; αἰ-
σχυνθήσῃ γὰρ ὁμολογήσῃ. Ἐπειτα ἀναμύνησκε
σεαυτὸν, ὅτι οὔτε τὸ μέλλον, οὔτε τὸ παρωχρὸς βαρεῖ
σε, ἀλλὰ αἰεὶ τὸ παρόν. Τοῦτο δὲ κατασμικρύνεται,
εἰ ἂν αὐτὸ μόνον περιορίσῃς, καὶ ἀπελέγχῃς τὴν διάνοιαν,
εἰ πρὸς τοῦτο ψιλὸν ἀντέχειν μὴ δύναται.

λζ'. Μήτι νῦν παρακάθεται τῇ τοῦ κυρίου σορῷ
Πάνθεια, ἢ Πέρριμος; τί δὲ, τῇ Ἀδριανοῦ Χαυρίας,
ἢ Διότιμος; γελοῖον. Τί δὲ, εἰ παρακάθηντο, ἔμελλον
αἰσθάνεσθαι; τί δὲ, εἰ ἡσθάνοντο, ἔμελλον ἡσθήσεσθαι;
τί δὲ, εἰ ᾗδοντο, ἔμελλον ὁδοὶ ἀθάνατοι εἶναι; Οὐ καὶ
τούτους πρῶτον μὲν γράϊας καὶ γέροντας γενέσθαι οὕ-
τως εἰμαρτο, εἴτα ἀποθανεῖν; τί οὖν ὕστερον ἔμελλον
ἐκείνοι ποιεῖν, τούτων ἀποθανόντων; Γράσος πᾶν τοῦτο
καὶ λύθρος ἐν θυλάκῃ.

puta tecum, quanto studio majores eorum in id incubuerint,
ut successorem relinquerent: tum, necesse esse, ut ali-
quis ultimus sit: hic iterum totius gentis mortem.

32. Componere te oportet vitam ex singulis actionibus,
atque si singulae, quantum fieri potest, praestant, quod
suum est, in eo acquiescere; nemo autem prohibere potest,
quin quaevis praestet, quod suum est.— Verum extrinsecus
aliquid obstat. — Nihil certe, quo minus juste, moderate
et considerate agas. At alius fortasse effectus impeditur.
Verum hoc ipsum impedimentum placide ferendo et aequo
animo ad id, quod conceditur, te transferendo alia statim
succedit actio, quae cum illa, quam dixi, vitae compositione
conveniet.

33. Sine fastu accipere, aequo animo dimittere.

34. Si quando manum vidisti abscissam aut pedem aut
caput [amputatum], seorsim alicubi a reliquo corpore ja-
cens, scito talem se facere, quantum penes ipsum est,
eum, qui id, quod contingit, non vult, aut aliquid facit,
quod societatis saluti obest. Abiectus jaces alicubi revul-
sus ab ea, quae secundum naturam est, unione: pars enim
natura fuisti, nunc autem te avulsisti. Verum hic scitum
est illud, quod tibi licet te rursus unire. Hoc nulli alii
parti deus concessit, ut revulsa et praecisa denuo coalesce-
ret. Verum considera benignitatem, quae homini tantum
honoris tribuit: nam in hominis potestate posuit, ut ab initio
ne avelleretur a toto, et ut avulsus redire et coalescere
et partis locum recuperare possit.

35. Sicut reliquas facultates unicuique eorum, qui ra-
tione praediti sunt, * ac propemodum quantum habet ipsa,
attribuit rationalis universi natura*, sic hanc quoque ab ea
accepimus. Quemadmodum enim illa quidquid obstat et
resistit, circumvertit et in necessaria rerum serie collocat
et sui partem facit, ita etiam animal ratione praeditum omne
impedimentum suam ipsius materiam facere potest eoque
uti ad consilium suum consequendum, quaecunque hoc
fuerit.

36. Ne te confundat totius vitae cogitatio, neque animo
simul complexere, quot et quantas molestias tibi super-
venturas esse vero simile est, sed in singulis, quae adsunt,
te ipse interroga, quid hac in re sit, quod ferri et sustineri
nequeat; erubescas enim, id confiteri. Tum in memoriam
tibi revoca, neque futurum nec praeteritum tibi molestiam
allaturum esse, sed semper id tantum, quod praesens est.
Hoc autem minuitur, si suis id limitibus terminas et men-
tem tuam redarguis, quod ne huic quidem soli ferendo
par est.

37. Numquid nunc domini tumulo assidet Panthea et
Pergamus? num Hadriani Chabrias aut Diotimus? ridicu-
lum. Quid vero si assiderent, sentirentne illi? quid, si
sentirent, num voluptatem inde caperent? quid, si hanc
caperent, num hi immortales essent? Nonne etiam his fato
constitutum erat, ut senes ac vetulae fierent, deinde more-
rentur? quid igitur postea illi facerent, his mortuis? Factor
est hoc omne et sanies in sacco.

λη'. Εἰ δύνασαι ὅζυ βλέπειν, βλέπε, κρίνων, ψησί, σοφωτάτοις.

λη'. Δικαιοσύνης κατεξαναστατικὴν ἀρετὴν οὐχ ὁρῶ ἐν τῇ τοῦ λογικοῦ ζωῷ κατασκευῇ· ἡδονῆς δὲ ὁρῶ, τὴν ἐγκράτειαν.

μ'. Ἐὰν ἀφέλῃς τὴν σὴν ὑπόληψιν περὶ τοῦ λυπεῖν σε δοκούντος, αὐτὸς ἐν τῇ ἀσφαλεστάτῃ ἔστηκας. — Τίς αὐτός; — Ὁ λόγος. — Ἄλλ' οὐκ εἰμὶ λόγος. — Ἔστω. Οὐκοῦν ὁ μὲν λόγος αὐτὸς ἑαυτὸν μὴ λυπεῖται. Εἰ δέ τι ἄλλο σοι κακῶς ἔχει, ὑπολαβέτω αὐτὸ περὶ αὐτοῦ.

μα'. Ἐμποδισμὸς αἰσθήσεως, κακὸν ζωτικῆς φύσεως. Ἐμποδισμὸς ὁρμῆς, ὁμοίως κακὸν ζωτικῆς φύσεως. Ἔστι δέ τι ἄλλο ὁμοίως ἐμποδιστικὸν καὶ κακὸν τῆς φυτικῆς κατασκευῆς. Οὕτως τοίνυν ἐμποδισμὸς νοῦ, κακὸν νοερᾶς φύσεως. Πάντα δὴ ταῦτα ἐπὶ σεαυτὸν μεταφέρει. Πόνος, (ῆ) ἡδονὴ ἀπτεταί σου; ὀφεται ἡ αἰσθησις. Ὁρμήσαντι ἐνστήμα ἐγένετο; εἰ μὲν ἀνυπεξαιρέτως ὥρμας, ἡδὴ ὡς λογικοῦ κακόν. Εἰ δὲ τὸ κοινὸν λαμβάνεις, οὕτω βέβλαψαι, οὐδὲ ἐμπεπόδισαι. Τὰ μέντοι τοῦ νοῦ ἴδια οὐδεὶς ἄλλος εἴθων ἐμποδίζει· τούτου γὰρ οὐ πῦρ, οὐ σίδηρος, οὐ τύραννος, οὐ βλασφημία, οὐχ ὅτιοι ἀπτεταί· ὅταν γέννηται σφαῖρος, κυκλοτερὴς μένει.

μβ'. Οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἑμαυτὸν λυπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἄλλον πώποτε ἐκὼν ἐλύπησα.

μγ'. Εὐφραίνει ἄλλον ἄλλο· ἐμὲ δὲ, ἐὰν ὑγιὲς ἔχω τὸ ἡγεμονικόν, μὴ ἀποστρεφόμενον μήτε ἀνθρωπὸν τινα, μήτε τι τῶν ἀνθρώπων συμβαινόντων· ἀλλὰ πᾶν εὐμενέσθιν ὀφθαλμοῖς ὁρῶν τε καὶ δεχόμενον, καὶ χρώμενον ἐκάστῳ κατ' ἀξίαν.

μδ'. Τοῦτον ἰδοὺ τὸν χρόνον σεαυτοῦ χάρισαι. Οἱ τὴν ὑστεροφημίαν μᾶλλον διώκοντες οὐ λογίζονται, ὅτι ἄλλοι τοιοῦτοι μέλλουσιν ἐκείνοι εἶναι, οἷοι εἰσιν οὗτοι, οὓς βαρύνονται· κακείνοι δὲ θνητοί. Τί δὲ ὅλως πρὸς σέ, ἂν ἐκείνοι φωναῖς τοιαύταις ἀπηχῶσιν, ἢ ὑπόληψιν τοιαύτην περὶ σοῦ ἔχωσιν;

με'. Ἄρὸν με καὶ βάλε, ὅπου θέλεις. Ἐκεῖ γὰρ ἔξω τὸν ἐμὸν δαίμονα ἴλεων, τοῦτ' ἐστίν, ἀρκούμενον, εἰ ἔχοι καὶ ἐνεργοίη κατὰ τὸ ἐξῆς τῇ ἰδίᾳ κατασκευῇ. Ἄρα τοῦτο ἄξιον, ἵνα δι' αὐτὸ κακῶς μοι ἔχῃ ἡ ψυχὴ, καὶ χειρὸν ἑαυτῆς ἢ, ταπεινουμένη, ὀρεγομένη, συνδυομένη, πτυρομένη; καὶ τί ἐνρήσεις τούτου ἄξιον;

μς'. Ἀνθρώπων οὐδενὶ συμβαίνειν τι δύναται, ὃ οὐκ ἐστὶν ἀνθρωπικὸν σύμπτωμα· οὐδὲ βοῖ, ὃ οὐκ ἐστὶ βοικόν· οὐδὲ ἀμπέλῳ, ὃ οὐκ ἐστὶν ἀμπελικόν· οὐδὲ λίθῳ, ὃ οὐκ ἐστὶ λίθῳ ἴδιον. Εἰ οὖν ἐκάστῳ συμβαίνει, ὃ καὶ εἴθων καὶ πέφυκε, τί ἂν δυσχεραίνεις; οὐ γὰρ ἀφόρητόν σοι ἔφερεν ἡ κοινὴ φύσις.

μζ'. Εἰ μὲν διὰ τι τῶν ἐκτός λυπῇ, οὐκ ἐκείνῳ σοι ἐνοχλεῖ, ἀλλὰ τὸ σὸν περὶ αὐτοῦ κρίμα. Τοῦτο δὲ ἡδὴ ἐξαλείψαι ἐπὶ σοὶ ἐστίν. Εἰ δὲ λυπεῖ σέ τι τῶν ἐν τῇ σῇ διαθέσει, τίς ὁ κωλύων διορθῶσαι τὸ δόγμα; Ὅμως δὲ καὶ εἰ λυπῇ, ὅτι οὐχὶ τόδε τι ἐνεργεῖς, ὑγιὲς

38. Si potes acute videre, vide, inquit, ut quam * sapientissime iudices.

39. Quae iustitiae opponatur virtutem nullam video in natura animalis ratione praediti; at voluptati quae opponatur, video temperantiam.

40. Si opinionem ab eo, quod tibi dolorem afferre videtur, sejungis, ipse in tutissimo es collocatus. — Quis ipse? — Ratio. — Verum non sum ratio. — Esto. Igitur ne ratio se tristitia afficiat; si quid aliud male habet, id ipsum de se ipso opinetur.

41. Impedimentum sensus est malum naturae animantis; impedimentum motus pariter naturae animantis malum: est vero etiam aliud, quod pariter vegetabilem naturam impedit ejusque malum sit: ita porro impedimentum mentis malum naturae ratione praeditae. Jam vero haec omnia ad te transfer. Dolor aut voluptas tangit te? Viderit sensus. Consilio obstitit aliquid? si quidem sine exceptione hoc moliebaris, jam malum est tuum ut animalis ratione praediti; sin commune et universum intelligis, nec laesus es, neque impeditus: mentis sane quae propria sunt, nemo solet impedire; hanc enim neque ignis nec ferum nec tyrannus neque criminatio neque aliud quidquam tangit. Quum sphaera facta est, teres ac rotunda manet.

42. Indignum est, me mihi dolorem afferre, qui neminem unquam alium meapte sponte laeserim.

43. Alia alios oblectant: me, si animi principatum habeo sanum neque hominem neque quidquam quod homini accidit aversantem, sed quidquid evenit benignis oculis adspicientem et excipientem et singulis pro dignitate utentem.

44. Hoc, quod est, tempus fac tibi impertias. Qui studiosius famam posthumam sectantur, non cogitant, alios quosdam ejusmodi fore illos, cujusmodi hi sunt, quos gravatim ferunt: etiam illi mortales. Quid vero omnino tua interest, si talibus vocibus illi strepant aut sic de te opinentur?

45. Tolle me et projice, quocunque vis. Nam ibi genio meo utar propitio, hoc est, contento, si se habet et agit naturae meae convenienter. Num hoc tanti est, ut animus meus ejus causa male se habeat et se ipso deterior sit, depressus, cupiditate extensus, in semet compressus, consternatus? Atque quid reperies, quod tanti sit?

46. Nulli homini aliquid evenire potest, quod non sit casus humanus, neque bovi, quod bovis non sit, neque viti, quod non sit vitis, neque lapidi, quod lapidis non sit. Si igitur singulis accidit, quod et consuetum et a natura deductum est, quid est, quod aegre feras? nihil enim tibi ferebat natura communis, quod ferri non possit.

47. Si quam ob rem externam te dolore affectum sentis, non res ipsa, sed tuum de ea judicium dolore te afficit: id autem delere in tua est potestate. Si in tua dispositione inest, quod te dolore afficit, quis te prohibet, quominus decretum corrigas? Ita quoque si doles idcirco,

σοι φαινόμενον, τί οὐχὶ μᾶλλον ἐνεργεῖς, ἢ λυπῇ; — Ἀλλὰ ἰσχυρότερόν τι ἐνίσταται. — Μὴ οὖν λυποῦ· οὐ γὰρ παρὰ σέ ἡ αἰτία τοῦ μὴ ἐνεργεῖσθαι. — Ἀλλὰ οὐκ ἄξιον ζῆν, μὴ ἐνεργουμένου τούτου. — Ἀπιθὶ οὖν ἐκ τοῦ ζῆν εὐμενῆς, ἢ καὶ ὁ ἐνεργῶν ἀποθνήσκει, ἅμα ἡλικίᾳ τοῖς ἐνισταμένοις.

μγ. Μέμνησο, ὅτι ἀκαταμάχτητον γίνεται τὸ ἡγεμονικόν, ὅταν εἰς ἑαυτὸ συστραφῇ ἀρκεσθῇ ἑαυτῷ, μὴ ποιοῦντι, δὲ μὴ θέλει, κἂν ἀλόγως παρατάξῃται. Τί οὖν, ὅταν καὶ μετὰ λόγου, καὶ περισκεμιμένως, κρίνῃ περὶ τίνος; Διὰ τοῦτο ἀκρόπολις ἐστὶν ἡ ἐλευθέρᾳ παθῶν διάνοια· οὐδὲν γὰρ ὀχυρώτερον ἔχει ἄνθρωπος, ἐφ' ὃ καταφυγὼν ἀνάλωτος λοιπὸν ἂν εἴῃ. Ὁ μὲν οὖν μὴ ἐωρακῶς τοῦτο, ἀμαθῆς· ὁ δὲ ἐωρακῶς καὶ μὴ καταφευγῶν, ἀτυχής.

μδ. Μὴδὲν πλεον σαυτῇ λέγε, ὧν αἱ προηγούμεναι φαντασίαι ἀναγγέλλουσιν. Ἠγγελεται, ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει. Ἠγγελεται τοῦτο· τὸ δὲ, ὅτι βέδλαψαι, οὐκ ἡγγελεται. Βλέπω, ὅτι νοσεῖ τὸ παιδίον. Βλέπω· ὅτι δὲ κινδυνεύει, οὐ βλέπω. Οὕτως οὖν μένε αἰ ἐπὶ τῶν πρώτων φαντασιῶν, καὶ μὴδὲν αὐτὸς ἐνδοθεν ἐπίλεγε, καὶ οὐδὲν σοι γίνεται· μᾶλλον δὲ ἐπίλεγε, ὡς γνωρίζων ἕκαστα τῶν ἐν τῷ κόσμῳ συμβαινόντων.

νε. Σίκοις πικρὸς· ἄρες. Βάτοι ἐν τῇ ὁδῷ· ἐκκλινον. Ἀρχεῖ. Μὴ προσεπέιπες· « Τί δὲ καὶ ἐγίνετο ταῦτα ἐν τῷ κόσμῳ; » ἐπεὶ καταγελαστήσῃ ὑπὸ ἀνθρώπου φυσιολόγου, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τέκτονος καὶ σκυτέως γελασθείης, καταγινώσκων, ὅτι ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ ξέσματα καὶ περιτμήματα τῶν κατασκευαζομένων ὁρᾷς. Καίτοι ἐκείνοι γε ἔχουσι, ποῦ αὐτὰ ῥίψωσιν· ἢ δὲ τῶν θίων φύσις ἔξω οὐδὲν ἔχει· ἀλλὰ τὸ θαυμαστόν τῆς τέχνης ταύτης ἐστίν, ὅτι, περιορίσασα ἑαυτὴν, πᾶν τὸ ἐνδόν, διαφθεῖρεσθαι καὶ γηράσκειν καὶ ἄχρηστον εἶναι δοκοῦν, εἰς ἑαυτὴν μεταβάλλει, καὶ ὅτι πάλιν ἄλλα νεαρὰ ἐκ τούτων αὐτῶν ποιεῖ· ἵνα μήτε οὐσίας ἔξωθεν χρῆξῃ, μήτε, ὅπου ἐκβάλλῃ τὰ σαπρότερα, προσδότηται. Ἀρκεῖται οὖν καὶ χώρᾳ τῇ ἑαυτῆς, καὶ ὕλῃ τῇ ἑαυτῆς, καὶ τέχνῃ τῇ ἰδίᾳ.

να'. Μήτε ἐν ταῖς πράξεσιν ἐπισύρειν· μήτε ἐν ταῖς διμιλίαις φύρειν· μήτε ἐν ταῖς φαντασίαις ἀλᾶσθαι· μήτε τῇ ψυχῇ καθάπαξ συνέλκεσθαι, ἢ ἐκθόρνυσθαι· μήτε ἐν τῷ βίῳ ἀσχολεῖσθαι. Κτείνουσι, κρεανομοῦσι, κατάραις ἐλαύνουσι. Τί οὖν ταῦτα πρὸς τὸ τὴν διάνοιαν μένειν καθαρὰν, φρενήρη, σώφρονα, δικαίαν; ὅλον εἶ τις, παραστὰς πηγῇ διζυγεῖ καὶ γλυκεῖα, βλασφημοῖται αὐτῇ, ἢ δὲ οὐ παύεται πότιμον ἀναβλύουσα· κἂν πηλὸν ἐμβάλλῃ, κἂν κοπρίαν, τάχιστα διασκεδάσει αὐτὰ, καὶ ἐκκλύσει, καὶ οὐδαμῶς βαφθήσεται. Πῶς οὖν πηγὴν ἀένναον ἔξεις, [καὶ μὴ φρέαρ]; Φύου σεαυτὸν πάσης ὥρας εἰς ἐλευθερίαν μετὰ τοῦ εὐμενῶς, καὶ ἀπλῶς, καὶ αἰδημόνως.

νε'. Ὁ μὲν μὴ εἰδῶς, ὅτι ἐστὶ κόσμος, οὐκ οἶδεν, ὅπου ἐστίν. Ὁ δὲ μὴ εἰδῶς, πρὸς ὃ τι πέφυκεν, οὐκ οἶδεν, ὅστις ἐστίν, οὐδὲ τί ἐστὶ κόσμος. Ὁ δὲ ἐν τι

quod non id facis quod sanum videtur, cur non potius hoc facis, quam doles? Verum obstat aliquid potentius. — Noli igitur dolere: non enim penes te est causa, quod nihil agitur. — Verum nullius pretii est vita, si hoc non agitur. — Decede igitur e vita aequo animo,* ut is quoque qui agit moritur, atque propitius obstantibus.

48. Memento, partem tui principalem fieri inexpugnabilem, quum, in se collecta, contenta sit se ipsa nihil, quod nolit, faciente, etiamsi sine ratione obstet. Quid igitur, ubi ratione in consilium adhibita de re aliqua iudicat? Hinc arx quaedam est mens perturbationibus libera: nihil enim munitius habet homo, quo quum confugerit, in posterum expugnari non possit. Hoc igitur qui non videt, imperitus est; qui videt nec tamen eo se recipit, infelix.

49. Noli quidquam ultra tecum addere iis, quae visa praeeuntia renunciant. Nunciatum est, illum tibi male dicere? nunciatum est hoc, neque vero etiam illud, te laesum esse. Video, puerulum agrotare: video; eum autem in vitae discrimen adduci, non video. Sic semper in primis visis consistere neu quidquam intrinsecus iis adijce, et nihil tibi accidit; aut potius adijce, sed ut qui omnia, quae in mundo eveniunt, perspecta habeas.

50. Cucumis amarus: mitte! Vepres in via: declina! sufficit. Noli haec verba addere: « Quare quaeso haec quoque in mundo sunt? » Ludibrio enim fores homini rerum naturalium perito, perinde atque fabro et sutori ludibrio esses, si ei exprobrares, quod eorum, quae conficiuntur,amenta et segmenta in officina ejus vides. Quamquam ii quidem, quo talia projiciant, habent; rerum natura autem nihil extra se habet: sed quod potissimum in hac arte admireris, hoc est, quod, quum se certis finibus circumscripserit, quidquid intra se corrumpi, senescere et inutile fieri videtur, id in se ipsam mutat, rursusque ex his alia nova efficit, ita ut neque materia extrinsecus opus habeat, neque, quo putrefacta projiciat, desideret: itaque manet contenta suo loco, et sua materia, et arte sibi propria.

51. Neque in actionibus negligentem esse, neque in sermonibus turbidum, neque in visis vagari, neque animo omnino contrahi aut exsilire, neque in vita negotiis districtum esse. Occidunt, mactant, diris devovent. Quid igitur haec obstant, quominus mens pura maneat, prudens, moderata, justa? Perinde ac si quis fonti limpidi ac dulci adsistens eum vituperaret, at ille nihilominus non cessaret aqua potui apta scatere; quin etiam si quis lutum injecerit aut stercus, cito haec disperget et eluet, neque ullo modo inquinabitur. Quomodo igitur fontem habebis perennem, [non puteum]?* Vindica te quavis hora in libertatem cum benevolentia, simplicitate et verecundia.

52. Qui, quid mundus sit, ignorat, is etiam, ubi sit, ignorat. Qui vero, ad quid natus sit, ignorat, non, quis ipse sit, novit, neque, quid mundus sit: qui in horum al-

τούτων ἀπολιπῶν, οὐδ' ἂν, πρὸς ὃ τι αὐτὸς πέφυκεν, εἴποι. Τίς οὖν φαίνεται σοι ὁ τὸν τῶν χροτούντων ἔπαινον [φεύγων ἢ] διώκων, οἱ οὐδ' ἔπου εἰσὶν, οὔτε οἰτινές εἰσι, γινώσκουσι;

νγ'. Ἐπαινέσθαι θέλεις ὑπὸ ἀνθρώπου, τρίς τῆς ὥρας ἑαυτῷ καταρωμένου; ἀρέσκειν θέλεις ἀνθρώπῳ, ἔς οὐκ ἀρέσκει ἑαυτῷ; Ἀρέσκει ἑαυτῷ, ὁ μετανοῶν ἐφ' ἅπασι σχεδόν, οἷς πράσσει;

νδ'. Μηκέτι μόνον συμπεῖν τῷ περιέχοντι ἀέρι, ἀλλ' ἤδη καὶ συμφρονεῖν τῷ περιέχοντι πάντα νοεῶν. Οὐ γὰρ ἦττον ἡ νοερά δύναμις πάντῃ κέχυται καὶ διαπεροίτηκε τῷ σπᾶσαι βουλομένῳ, ἥπερ ἡ ἀερώδης τῷ ἀναπνεῦσαι δυναμένῳ.

νε'. Γενικῶς μὲν ἡ κακία οὐδὲν βλάπτει τὸν κόσμον, ἡ δὲ κατὰ μέρος οὐδὲν βλάπτει τὸν ἕτερον. Μόνῳ δὲ βλαβερά ἐστὶ τούτῳ, ὃ ἐπιτέτραπται καὶ ἀπηλλάχθαι αὐτῆς, ὁπόταν πρῶτον οὗτος θελήσῃ.

νς'. Τῷ ἐμῷ προαιρετικῷ τὸ τοῦ πλησίον προαιρετικὸν ἐπίσης ἀδιάφορον ἐστίν, ὡς καὶ τὸ πνευματικὸν αὐτοῦ καὶ τὸ σαρκίδιον. Καὶ γὰρ εἰ οἱ μάλιστα ἀλλήλων ἔνεκεν γεγόνாமεν, ὅμως τὰ ἡγεμονικὰ ἡμῶν ἕκαστον τὴν ἰδίαν κυρίαν ἔχει· ἐπεὶ τοι ἔμελλεν ἡ τοῦ πλησίον κακία ἐμοῦ κακὸν εἶναι· ὅπερ οὐκ ἔδοξε τῷ θεῷ, ἵνα μὴ ἐπ' ἄλλῳ ἢ τὸ ἐμὲ ἀτυχεῖν.

νζ'. Ὁ ἥλιος κατακεχύσθαι δοκεῖ, καὶ πάντῃ γε νέμνεται, οὐ μὴν ἐκκέχυται. Ἡ γὰρ χύσις αὐτῆς τάσις ἐστίν. « Ἀκτῖνες γοῦν αἱ αὐγαὶ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ Ἑκτείνεσθαι » λέγονται. Ὅποιον δὲ τι ἐστὶν ἀκτῖς, ἴδοις ἂν, εἰ διὰ τίνος στενοῦ εἰς ἔσκιασμένον οἶκον τὸ ἀφ' ἡλίου φῶς εἰσδυόμενον θεάσαιτο· τείνεται γὰρ κατ' εὐθὺ, καὶ ὥσπερ διαιρεῖται δὴ πρὸς τὸ στερέμνιον, ὃ τι ἂν ἀπαντήσῃ, διεῖργον τὸν ἐπέκεινα ἀέρα· ἐνταῦθα δὲ ἐσθι, καὶ οὐ κατώλισθεν, οὐδὲ ἔπεσε. Τοιαύτην οὖν τὴν χύσιν καὶ διάχυσιν τῆς διανοίας εἶναι χρὴ, μηδ' αὖτ' ἐκχυσιν, ἀλλὰ τάσιν, καὶ πρὸς τὰ ἀπαντῶντα καλύμματα μὴ βίαιον μηδὲ βραγδαῖαν τὴν ἐπέρεισιν ποιῆσθαι· μηδὲ μὴν καταπίπτειν, ἀλλὰ ἴστασθαι, καὶ ἐπιλάμπειν τὸ δεχόμενον. Αὐτὸ γὰρ ἑαυτὸ στερήσει τῆς αὐγῆς, τὸ μὴ παραπέμπον αὐτήν.

νη'. Ὁ τὸν θάνατον φοβούμενος, ἥτοι ἀναισθησίαν φοβεῖται, ἢ αἰσθησιν ἑτεροίαν. Ἄλλ' εἴτε οὐκέτι αἰσθησιν, οὐδὲ κακοῦ τίνος αἰσθήσῃ· εἴτε ἀλλοιοτέραν αἰσθησιν κτήσῃ, ἀλλοῖον ζῶον ἔσθι, καὶ τοῦ ζῆν οὐ παύσῃ.

νθ'. Οἱ ἄνθρωποι γεγόνασιν ἀλλήλων ἔνεκεν. Δί-
ῆσσε οὖν, ἢ φέρε.

ξ'. Ἄλλως βέλος, ἄλλως νοῦς φέρεται· ὁ μέντοι νοῦς, καὶ ὅταν εὐλαβῆται, καὶ ὅταν περὶ τὴν σκέψιν στρέφῃται, φέρεται κατ' εὐθὺ οὐδὲν ἦττον, καὶ ἐπὶ τὸ προκείμενον.

ξα'. Εἰσιέναι εἰς τὸ ἡγεμονικὸν ἐκάστου παρέχειν δὲ καὶ ἑτέρῳ παντὶ εἰσιέναι εἰς τὸ ἑαυτοῦ ἡγεμονικόν.

terutro deficit, neque, ad quid natus sit, dixerit. Quis igitur tibi videtur is, qui eorum hominum plausum [fugit aut] captat, qui neque ubi sint, neque quoniam sint ipsi, norunt?

53. Laudari cupis ab homine, qui intra unius horæ spatium se ipse ter exsecratur? placere cupis ei, qui sibi ipse non placet? Num vero sibi placet, quem omnium fere, quæ ipse facit, pœnitet?

54. In posterum non tantum cum aere ambiente conspici-
rare te oportet, verum etiam cum mente, quæ omnia continet, consentire. Non minus enim vis intelligendi ubique funditur et permeat per ea, quæ eam attrahere possunt, quam aerea per ea, quæ respirare possunt.

55. Omnino vitiositas non nocet mundo, singulatim non nocet alteri. Ei tantum damnum affert, cui concessum est, ea liberari, quam primum ipse voluerit.

δ'. Μῖμος, πόλεμος, πτοία, νάρκα, δουλεία, καθ' ἡμέραν ἀπαλείφεται σου τὰ ἱερὰ ἐκεῖνα δόγματα, ἐπόσα ὁ φυσιολογητὸς φαντάζῃ καὶ παραπέμπει. Δεῖ δὲ πᾶν οὕτω βλέπειν καὶ πράσσειν, ὥστε καὶ τὸ περιστατικὸν ἅμα συντελεῖσθαι, καὶ ἅμα τὸ θεωρητικὸν ἐνεργεῖσθαι, καὶ τὸ ἐκ τῆς περὶ ἐκάστων ἐπιστήμης

partes universi ita comparatas esse, ut mutarentur, similique id, quasi aliquid, quod contra naturam eveniret, mirari aut id ægre ferre, quum præsertim in eadem dissolvantur singula, e quibus sunt composita; aut enim dissipatio atomorum est, aut mutatio et solidi quidem in terram, et spiritus in aerem, ita ut hæc quoque recipiantur in rationem universi, sive hoc intra certum temporis circuitum conflagrât, sive perpetuis vicissitudinibus renovatur. Quin ipsum illud solidum et spirabile noli putare idem, quod ab ortu fuit. Hoc enim quiddid est, heri et nudius tertius ex alimentis et aere, quem spiritus hausit, influxit. Id igitur, quod recepit, mutatur, non id, quod mater genuit. Fac autem, id te nimis, annectere illi singulari modo affecto, nihil id revera ob stare arbitror ei, quod nunc dixi.

8. Nomina adeptus viri boni, verecundi, veritatis studiosi, prudentis, concordis, magnanimi, cave ne aliis nominibus appelleris, et si hæc nomina amiseris, celeriter ad ea redi. Memento autem prudentiæ nomine tibi significari sedulam singularum rerum considerationem et diligenter institutam; concordia nomine spontaneam eorum receptionem, quæ a natura communi assignantur; magnanimitatis nomine intentionem partis intelligentis ejusque elationem supra levem asperumve carnis motum, et gloriolam et mortem et alia ejusmodi. Hæc igitur nomina si tibi servaveris, neque tamen admodum appetens, ut alii te illis appellant, alius eris et aliam inibis vitam. Talem enim esse, qualis adhuc fuisti, et in ejusmodi vita raptari et inquinari, hominis est prorsus sensu carentis et vitæ avidi et istorum bestiariorum similis, qui, quamquam vulneribus ac sanie repleti, ut in crastinum diem servantur, orant, utpote eodem in statu iisdem unguibus et morsibus objiciendi. In hæc igitur pauca nomina te recipe, et, si fieri potest, ut in iis maneat, mane, quasi in aliquas beatorum insulas trajectus; si iis te excidere easque non tueri te sentis, audacter abi in angulum aliquem, ubi ea tuearis, aut omnino e vita abi, neque tamen iratus, sed simplici, libero ac modesto animo, ut qui hoc unum saltem in vita egeris, quod ita decessisti. Ut autem illorum nominum memineris, utique magnum tibi erit auxilium, si deorum memor fueris, atque eos nolle, animalia ratione prædita ipsos adulari, sed velle, ut ea omnia sibi quam simillima flant, ac ficum esse, quæ faciat, quæ ficus sint, et canem, quæ canis, et apem, quæ apis, et hominem, quæ hominis.

9. Mimus, bellum, terror, torpor, servitus quotidie debebunt illa sancta tua decreta.* Atque quam multa ratione a naturæ studio aliena imaginariis aut prætermittis! Omnia autem sic considerare et facere te oportet, ut et, quod præsens necessitas postulat, perficiatur, et facultas contemplandi exerceatur, et fiducia ex certa rei cujusque scientia orta

αὐθαδὲς σώζεσθαι, λανθάνον, οὐχὶ χρυπτόμενον. Πότε γὰρ ἀπλότῃτος ἀπολαύσεις; πότε δὲ σεμνότητος; πότε δὲ τῆς ἐφ' ἑκάστου γνωρίσεως, τί τε ἐστὶ κατ' οὐσίαν, καὶ τίνα χώραν ἔχει ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ἐπὶ πόσον πεφυκέν ὀφίστασθαι, καὶ ἐκ τίνων συγκέχριται, καὶ τίσι δύναται ὑπάρχειν, καὶ τίνες δύνανται αὐτὸ διδόναι τε καὶ ἀφαιρῆσθαι.

ι'. Ἀράχνιον μυῖαν θηράσαν μέγα φρονεῖ, ἄλλος δὲ λαγίδιον, ἄλλος δὲ ὑποχῆ ἀφύην, ἄλλος δὲ σὺδία, ἄλλος δὲ ἀρκτοῦς, ἄλλος Σαρμάτας. Οὗτοι γὰρ οὐ λησταί, ἐάν τὰ δόγματα ἐξετάζης;

ια'. Πῶς εἰς ἀλλήλα πάντα μεταβάλλει, θεωρητικὴν μέθοδον κτῆσαι, καὶ διηγετικὴν πρόσχε, καὶ συγγυμνάσθητι περὶ τοῦτο τὸ μέρος. Οὐδὲν γὰρ οὕτω μεγαλοφροσύνης ποιητικόν. Ἐξεδύσατο τὸ σῶμα, καὶ ἐννοήσας, ὅτι ὅσον οὐδέπω πάντα ταῦτα καταλιπεῖν ἀπύοντα ἐξ ἀνθρώπων δεήσει, ἀνῆκεν θλον ἑαυτὸν, διακαιοσύνη μὲν εἰς τὰ ὑφ' ἑαυτοῦ ἐνεργούμενα, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμβαίνουσι, τῇ τῶν θλων φύσει. Τί δ' ἔρει τις, ἢ ὑπολήφεται περὶ αὐτοῦ, ἢ πράξει κατ' αὐτοῦ, οὐδ' εἰς νοῦν βάλλεται, δύο τούτους ἀρκούμενος αὐτὸς, δικαιοπραγεῖν τὸ νῦν πρᾶσσόμενον, καὶ φιλεῖν τὸ νῦν ἀπονεμόμενον ἑαυτῷ ἀσχολίας δὲ πάσας καὶ σπουδὰς ἀφῆκε, καὶ οὐδὲν ἄλλο βούλεται, ἢ εὐθεῖαν περαίνειν διὰ τοῦ νόμου, καὶ εὐθεῖαν περαίνοντι ἐπεσθαι τῷ θεῷ.

ιβ'. Τίς ὑπονοίας χρεῖα, παρὸν σκοπεῖν, τί δεῖ πράχθῃναι; καὶ μὲν συνορᾷς, εὐμενῶς, ἀμεταστρεπτὶ ταύτη χωρεῖν ἐάν δὲ μὴ συνορᾷς, ἐπέχειν, καὶ συμβούλοις τοῖς ἀρίστοις χρῆσθαι; ἐάν δὲ ἑτερά τινα πρὸς ταῦτα ἀντιβαίνει, προτείνει κατὰ τὰς παρούσας ἀφορμὰς λελογισμένως, ἐγόμενον τοῦ φαινομένου δικαίου. Ἀριστον γὰρ κατατυγχάνειν τούτου; ἐπεὶ τοι ἦ γε ἀπόπτωσις ἀπὸ τούτου ἔστω. Σχολαῖόν τι καὶ ἅμα εὐκίνητόν ἐστι, καὶ φαιδρὸν ἅμα καὶ συνεστηχὸς, ὃ τῷ λόγῳ κατὰ πᾶν ἐπόμενος.

ιγ'. Πυνθάνεσθαι ἑαυτοῦ, εὐθὺς ἐξ ὕπνου γινόμενον, μήτι διοίσει σοι, ἐάν ὑπὸ ἄλλου γένηται τὰ δίκαια καὶ καλῶς ἔχοντα; οὐ διοίσει. Μήτι ἐπιέλῃσαι, ὅτι οὗτοι οἱ ἐν τοῖς περὶ ἄλλων ἐπαίνους καὶ φόγοις φρουατόμενοι, τοιοῦτοι μὲν ἐπὶ τῆς κλίνης εἰσὶ, τοιοῦτοι δὲ ἐπὶ τῆς τραπέζης, οἷα δὲ ποιοῦσιν, οἷα δὲ φεύγουσιν, οἷα δὲ διώκουσιν, οἷα δὲ κλέπτουσιν, οἷα δὲ ἀρπάξουσιν, οὐ γερσὶ καὶ ποσιν, ἀλλὰ τῷ τιμιωτάτῳ ἑαυτῶν μέρει, ᾧ γίνεται, ὅταν θέλῃ (τις), πίστις, αἰδώς, ἀλήθεια, νόμος, ἀγαθὸς δαίμων;

ιδ'. Τῇ πάντα διδούσῃ καὶ ἀπολαμβανούσῃ φύσει ὁ πεπαιδευμένος καὶ αἰδήμων λέγει· « Δὸς, ὃ θέλεις, ἀπολαβε, ὃ θέλεις. » Λέγει δὲ τοῦτο οὐ καταθρασυνομενος, ἀλλὰ πειθαρχῶν καὶ εὐνοῶν αὐτῇ.

ιε'. Ὀλίγον ἐστὶ τὸ ὑπολειπόμενον τοῦτο. Ζῆσον ὡς ἐν ὄρει. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει, ἐκεῖ, ἢ ὧδε, ἐάν τις πανταχοῦ, ὡς ἐν πόλει, τῷ κόσμῳ. Ἰδέτωσαν, ἰστορησάτωσαν οἱ ἄνθρωποι ἄνθρωπον ἀληθινὸν κατὰ φύσιν

conservetur, latens quidem, nec vero abscondita. Quando enim simplicitate frueris? quando gravitate? quando cuiusque rei cognitione, qualis per naturam suam sit, et quem locum in mundo occupet, et quamdiu pro natura sua perdurare possit, et e quibus conflata sit, et quibus subesse possit, et quinam eam et dare et auferre possint.

10. Aranea, musca capta, se effert; alius, ubi lepusculum, alius, quum reticulo apuam, alius, quum apros, alius, quum ursos, alius, quum Sarmatas cepit. Nonne enim etiam hi latrones, si decreta spectaveris?

11. Viam ac rationem contemplandi, quo modo cuncta inter se mutantur, comparatam habe, et semper iis adhibe atque in hac parte te exerce; nihil enim est, quod perinde magnum animum efficiat. Exiit corpus et quum reputaverit, jamjam ab hominibus discessurum se hæc omnia relinquere debere, totum se permisit iustitiæ in iis rebus, quas ipse agit, et in iis, quæ accidunt, naturæ universi. Quid autem alii de ipso dicant aut opinentur aut contra ipsum faciant, id ne cogitat quidem, quippe his duobus contentus, ut id, quod nunc agat, juste agat, et id, quod nunc obtingat, libenter amplectatur: reliqua omnia negotia ac studia omisit nihilque aliud cupit quam ut recta via legi convenienter progrediat et deum sequatur recta progredientem.

12. Quid suspitione opus est, quum considerare tibi liceat, quid sit agendum, et, quum id perspexeris, placide et constanter hac progredi; si non perspexeris, assensum sustinere et optimos quosque in consilium adhibere; si alia aliqua his obstiterint, pro iis, quæ nunc sunt, rerum opportunitatibus considerate progredi, ei, quod justum videtur, firmiter adherentem. Optimum enim est, hoc consequi, quum certo ab hoc aberrare sit turpissimum. Quietus autem simul et agilis, alacris simul et compositus est, quisquis rationi in omnibus obsequitur.

13. Quamprimum e somno expergefactus es, te percontare numquid tua intersit, ut ab alio justa et honesta fiant. Nil interest. Numquid oblitus es, istos, qui aliis vel laudandis vel vituperandis tantopere se jactant, tales in lecto esse, tales ad mensam, qualia faciant, qualia fugiant, qualia sectentur, qualia furentur, qualia rapiant, non manibus pedibusque, sed pretiosissima sui ipsorum parte, qua, si quis velit, fides acquiratur, verecundia veritas, lex, genius bonus?

14. Naturæ pariter omnia danti ac recipienti probe institutus et verecundus homo: « da, inquit, quidquid vis; aufer quidquid vis! » Neque hoc dicit ferocia elatus, sed illi obtemperans et bene volens.

15. Parvum est, quod reliquum est. Vive ut in monte. Nihil enim refert, hic an illic, modo ubique, tanquam in urbe, sic in mundo. Videant, contemplantur homines ho-

ζῶντα. Εἰ μὴ φέρουσιν, ἀποκτεινάτωσαν. Κρεῖττον γάρ, ἢ οὕτω ζῆν.

ις'. Μιχέθ' ὅλωσ περι τοῦ, ὅϊόν τινα εἶναι τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα (δεῖ), διαλέγεσθαι, ἀλλὰ εἶναι τοιοῦτον.

ιζ'. Τοῦ θλου αἰῶνος, καὶ τῆς θλης οὐσίας συνεχῶς φαντασία, καὶ ὅτι πάντα τὰ κατὰ μέρος, ὡς μὲν πρὸς οὐσίαν, κεχγραμῖς ὡς δὲ πρὸς χρόνον, τρυπάνου περι-στροφῇ.

ιη'. Εἰς ἕκαστον τῶν ὑποκειμένων ἐφιστάντα, ἐπινοεῖν αὐτὸ ἢδὲ διαλυόμενον, καὶ ἐν μεταβολῇ, καὶ ὅϊον σήψει, ἢ σκεδάσει γινόμενον, ἢ καθότι ἕκαστον πέφυκεν ὥσπερ θνήσκειν.

ιβ'. Οἷοι εἰσιν ἐσθιοντες, καθεύδοντες, ὀχεύοντες, ἀποπατοῦντες, τὰ ἄλλα. Ἐἴτα οἷοι ἀνδρονομούμενοι· καὶ γαυρούμενοι, ἢ χαλεπαίνοντες, καὶ ἐξ ὑπεροχῆς ἐπιπλήττοντες. Πρὸ ὀλίγου δὲ καὶ ἐδούλευον πόσοις, καὶ δι' οἷα· καὶ μετ' ὀλίγον ἐν τοιοῦτοις ἔσονται.

κ'. Συμφέρεῖ ἕκαστῳ, δ φέρει ἕκαστῳ ἢ τῶν θλων φύσις. Καὶ τότε συμφέρεῖ, ὅτε ἐκείνη φέρει.

κα'. « Ἐρᾷ μὲν ὀμβροῦ γαῖα· ἐρᾷ δὲ ὁ σεμνὸς αἰθήρ· » ἐρᾷ δὲ ὁ κόσμος ποιῆσαι, δ ἂν μέλλῃ γίνεσθαι. Λέγω νῦν τῷ κόσμῳ, ὅτι τοιοῦτον. Μήτι δ' οὕτω χἀκείνῳ λέγεται, ὅτι « φιλεῖ τοῦτο γίνεσθαι; »

κβ'. Ἦτοι ἐνταῦθα ζῆς, καὶ ἦδὲ εἰθικας· ἢ ἔξω ὑπάγεις, καὶ τοῦτο ἤθελες· ἢ ἀποθνήσκεις, καὶ ἀπελειτούργησας. Παρὰ δὲ ταῦτα οὐδέν. Οὐκοῦν εὐθύμει.

κγ'. Ἐναργὲς ἔστω αἰεὶ τὸ, ὅτι τοιοῦτο ἐκείνο ὁ ἀγρὸς ἐστὶ· καὶ πῶς πάντα ἐστὶ ταῦτα ἐνθάδε τοῖς ἐν ἄκρῳ τῷ ὄρει, ἢ ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ, ἢ ὅπου θέλεις. Ἀντικρὺς γὰρ εὐρήσεις τὰ τοῦ Πλάτωνος· « σηκὸν ἐν ὄρει, φησί, (τὸ τεῖχος) περιβαλλόμενος, » καὶ· « βδᾶλλον βοσκήματα. »

κδ'. Τί ἐστὶ μοι τὸ ἡγεμονικόν μου; καὶ ποῖόν τι ἐγὼ αὐτὸ ποιῶ νῦν; καὶ πρὸς τί ποτε αὐτῷ νῦν χρῶμαι; μήτι κενὸν νοῦ ἐστὶ; μήτι ἀπόλυτον καὶ ἀπεσπασμένον κοινωνίας; μήτι προστετηκὸς καὶ ἀνακεκραμένον τῇ σαρκιδίῳ, ὥστε τούτῳ συντρέπεσθαι;

κε'. Ὁ τὸν κύριον φεύγων, δραπέτης· κύριος δὲ ὁ νόμος· καὶ ὁ παρανομῶν, δραπέτης. Ἄμα καὶ ὁ λυπούμενος, ἢ ὀργιζόμενος, ἢ φοβούμενος, δ βούλεται τι γεγενῆσθαι, ἢ γίνεσθαι, ἢ γενέσθαι τὸν ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα διοικοῦντος τεταγμένου, ὅς ἐστι νόμος, νέμων, ὅσα ἕκαστῳ ἐπιβάλλει. Ὁ ἄρα φοβούμενος, ἢ λυπούμενος, ἢ ὀργιζόμενος, δραπέτης.

κς'. Σπέρμα εἰς μήτραν ἀφελὲς ἀπεχώρησε, καὶ λοιπὸν ἄλλη αἰτία παραλαβοῦσα ἐργάζεται, καὶ ἀποτελεῖ βρέφος· ἐξ οἷου οἷον· πάλιν τροφὴν διὰ φάρυγγος ἀρῇ, καὶ λοιπὸν ἄλλη αἰτία παραλαβοῦσα, αἰσθῆσιν, καὶ δρμῇ, καὶ τὸ θλον, ζῶην, καὶ ῥύμην, καὶ ἄλλα (ὅσα καὶ οἷα;) ποιεῖ. Ταῦτα οὖν τὰ ἐν τοιαύτῃ ἐγκαλύψει γινόμενα θεωρεῖν, καὶ τὴν δύναμιν οὕτως ὁρᾶν, ὡς καὶ τὴν βρίθουσαν, καὶ τὴν ἀνωφερῇ, ὁρῶμεν, οὐχὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' οὐχ ἥττον ἐναργῶς.

κζ'. Συνεχῶς ἐπινοεῖν, πῶς πάντα τοιαῦτα, ὅποια νῦν γίνονται, καὶ πρόσθεν ἐγένετο· καὶ ἐπινοεῖν γενησό-

minem verum, naturae convenienter viventem. Si enim non ferunt, occidant : nam id satius, quam sic vivere.

16. Omnino non amplius, de eo, qualem oporteat esse bonum virum, disserere, sed talem esse.

17. Totius aevi ac totius naturae cogitatio crebro tibi occurrat, et omnia singulatim spectata, quod ad materiam attinet, granum, quod ad tempus, terebrae circum actionem.

18. Ad unamquamque rem animum advertens, eam considera ut jam dissolutam, et in mutatione et quasi putredine et dissipatione versantem, aut quatenus quasi ad moriendum nata sit.

19. Quales sint vescentes, dormientes; coeuntes, excoercentes, reliqua. Deinde quales, ubi inflantur, efferantur, irascantur et quasi ex sublimiore loco increpent; paulo autem quam multis servirent et ob quas res. Et paulo post inter tales erunt.

20. Confert cuique, quod cuique fert natura universi, et tum confert, quam illa fert.

21. « Amat imbrem terra, amat sanctus aether. » Amat mundus facere, quidquid futurum est ut fiat. Dico igitur mundo : « idem, quod tu, ego amo. » Numquid etiam sic dicitur illud, « amat hoc fieri? »

22. Aut hic vivis et adsuevisti : aut foras abisti et hoc volebas : aut moreris et munere defunctus es. Praeter haec nihil est. Esto igitur bono animo.

23. Semper tibi evidens sit, huiusmodi aliquid esse agrum : et ut omnia hic eadem sint, quae in vertice montis aut in littore aut ubicumque demum vis. Omnino enim vera reperies haec Platonis : « ut septo, inquit, in monte menibus circumdatus » et « mulgens pecudem ».

24. Quidnam mihi est pars mea principalis? qualem ego eam nunc praesto? quam ad rem ea nunc utor? numquid intelligentia caret? num a communi societate soluta est et divulsa? num carunculae ita adfixa et admixta, ut simul cum ea convertatur?

25. Qui dominum fugit, fugitivus est : dominus autem est lex, et, hanc qui transgreditur, fugitivus. Neque vero minus qui dolet aut irascitur aut metuit, * quippe qui aversetur, factum esse aut fieri aut futurum esse aliquid eorum, quae ab universitatis administratore constituta sunt, qui ipse lex est, cuique, quod suum est, tribuens. Ergo : qui aut metuit aut dolet aut irascitur, fugitivus est.

26. Hic discedit misso in uterum semine : id deinde alianatura excipiens excolit et absolvit furtum — ex quali qualem! Alimentum rursus per gulam demisit, quod alia deinceps causa excipiens sensum inde et motum et omnino vitam ac vires — quot et quales res! efficit. Haec igitur, quae tanta caligine involuta fiunt, contemplari oportet, et vim illam sic cernere, ut eam, qua res vel deorsum vel sursum feruntur, cernimus, non oculis quidem, nec tamen minus clare.

27. Semper considerare, quomodo, qualia nunc fiunt. talia etiam. Ante facta esse omnia, et considerare, talia

μενα. Καὶ δλα δράματα, καὶ σκηναὶ ὁμοειδεῖς, ὅσα ἐκ παίρας τῆς σῆς, ἢ τῆς πρεσβυτέρας ἱστορίας ἔγνω, πρὸ ὁμμάτων τίθεσθαι· οἷον αὐτὴν ὄλην Ἀδριανοῦ, καὶ ὄλην ὄλην Ἀντωνίνου, καὶ αὐτὴν ὄλην Φιλίππου, Ἀλεξάνδρου, Κροίσου· πάντα γὰρ ἐκεῖνα τοιαῦτα ἦν, μόνον δι' ἐτέρων.

κγ'. Φαντάζου πάντα τὸν ἐφ' ὧτινιούν λυπούμενον, ἢ δυσαρεστοῦντα, ὅμοιον τῷ θυομένῳ χοιριδίῳ καὶ ἀπολακτίζοντι καὶ κεκραγόντι· ὅμοιος καὶ ὁ οἰκώων ἐπὶ τοῦ κλινιδίου μόνος σιωπῇ τὴν ἔνδρσιν ἡμῶν· καὶ ὅτι μόνῳ τῷ λογιῶ ζωὴ δέδοται, τὸ ἔκουςίως ἐπισθαι τοῖς γινόμενοις· τὸ δὲ ἐπισθαι ψιλὸν, πᾶσιν ἀναγκαῖον.

κδ'. Κατὰ μέρος ἐφ' ἐκάστου, ὧν ποιεῖς, ἐφιστάνων, ἐπερώτα σεαυτὸν, εἰ ὁ θάνατος δεῖνόν διὰ τὸ τούτου στέρεσθαι.

λ'. Ὅταν προσκόπτης ἐπὶ τινος ἀμαρτίας, εὐθὺς μεταβάς, ἐπιλογίζου, τί παρόμοιον ἀμαρτάνεις· οἷον, ἀργύριον ἀγαθὸν εἶναι κρίνων, (ἢ) τὴν ἡδονήν, ἢ τὸ δοξάριον, καὶ κατ' εἶδος. Τούτῳ γὰρ ἐπιβάλλων, ταχέως ἐπιλήσῃ τῆς ὀργῆς· συμπίπτοντος τοῦ, ὅτι βιάζεται· τί γὰρ ποιήσει; ἢ, εἰ δύνασαι, ἀφελε αὐτοῦ τὸ βιαζόμενον.

λά. Σατύρωνα ἰδὼν, Σωκρατικὸν φαντάζου, ἢ Εὐτύχην, ἢ Ὑμένα· καὶ Εὐφράτην ἰδὼν, Εὐτυχίωνα, ἢ Σίλουανὸν φαντάζου· καὶ Ἀλκίφρονα, Τροπαιοφόρον φαντάζου· καὶ Ξενοφῶντα ἰδὼν, Κρίτωνα ἢ Σεῦηρον φαντάζου· καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀπιδὼν, τῶν Καيسάρων τινὰ φαντάζου, καὶ ἐφ' ἐκάστου τὸ ἀνάλογον. Εἰτα συμ-προσπιπτιέτω σοι· ποῦ οὖν ἐκεῖνοι; οὐδαμοῦ, ἢ ὁπουδῇ. Οὕτως γὰρ συνεχῶς θεάσῃ τὰ ἀνθρώπινα, καπνὸν, καὶ τὸ μηδὲν· μάλιστα ἐὰν συμμνημονεύσης, ὅτι τὸ ἀπαξ μεταβαλὼν οὐκέτι ἔσται ἐν τῷ ἀπείρῳ χρόνῳ. Σὺ οὖν ἐν τίνι; τί δ' οὐκ ἀρκεῖ σοι τὸ βραχὺ τοῦτο κοσμίως διαπερᾶσαι; Ὅταν ὄλην καὶ ὑπόθεσιν φεύγεις; τί γὰρ ἔστι πάντα ταῦτα ἄλλο, πλὴν γυμνάσματα λόγου, ἐωρακίως ἀκριβῶς καὶ φυσιολῶς τὰ ἐν τῷ βίῳ; Μένε οὖν, μέχρι ἐξοικειώσης σαυτῷ καὶ ταῦτα, ὅς ὁ ἐρρωμένος στόμαχος πάντα ἐξοικεῖτο, ὡς τὸ λαμπρὸν πῦρ, ὅτι ἂν βάλῃς, φλόγα ἐξ αὐτοῦ καὶ αὐγὴν ποιεῖ.

λβ'. Μηδὲν ἐξέστω εἰπεῖν ἀληθεύοντι περὶ σοῦ, ὅτι οὐχ ἄπλοῦς, ἢ ὅτι οὐκ ἀγαθός· ἀλλὰ ψευδέσθω, ὅστις τούτων τι περὶ σοῦ ὑπολήφεται· πᾶν δὲ τοῦτο ἐπὶ σοί. Τίς γὰρ ὁ κωλύων ἀγαθὸν εἶναι σε καὶ ἄπλοῦν; σὺ μόνον κρίνων μηκέτι ζῇν, εἰ μὴ τοιοῦτος ἔσῃ. Οὐδὲ γὰρ αἰρεῖ λόγος μὴ τοιοῦτον ὄντα.

λγ'. Τί ἐστι τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ὕλης δυνάμενον κατὰ τὸ ὑγιεστάτον πραχθῆναι, ἢ ῥηθῆναι; ὅτι γὰρ ἂν τοῦτο ᾖ, ἔξεστιν αὐτὸ πρᾶξαι, ἢ εἰπεῖν· καὶ μὴ προφασίζου, ὡς κωλυόμενος. Οὐ πρότερον παύσῃ στένων, πρὶν ἢ τοῦτο πάθῃς, ὅτι, ὅταν ἔσται τοῖς ἡδουπαθοῦσιν ἡ τρυφή, τοιοῦτό σοι τὸ ἐπὶ τῆς ὑποβαλλομένης καὶ ὑποπιπτούσης ὕλης ποιεῖν τὰ οἰκεῖα τῇ τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῇ· ἀπολαύσιν γὰρ δεῖ ὑπολαμβάνειν πᾶν, ὃ ἔξεστι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν ἐνεργεῖν. Πανταχοῦ δὲ ἔξεστι. Τῷ

esse futura. Atque totas fabulas et scenas ejusdem generis, quas vel per experientiam tuam vel ex antiqua historia cognovisti, ob oculos ponere, veluti totam Hadriani aulam, totam Antonini aulam, totam aulam Alexandri, Philippi, Cræsi; omnia enim illa ejusdem generis fuerunt, modo per alios.

28. Hominem quemcumque ulla de re dolentem aut eam indigne ferentem similem animo tibi finge porcello, qui, dum mactatur, calcitrat et grunit — hujus etiam similis est is, qui solus in lectulo decumbens tacite alligationem nostram deplorat — et animali duntaxat rationi prædito datum esse, ut iis, quæ fiunt, sponte obsequatur; simpliciter autem sequi omnibus necessarium.

29. Singulatim ad res, quas agis, singulas animum advertens te ipse interroga, num mors horrenda sit idcirco, quod te hac re privat.

30. Quum peccato alicujus offenderis, statim transiens tecum perpende, quid simile ipse pecces, ut, quod argentum pro bono habes aut voluptatem aut gloriam et quæ hujus sunt generis. Huic enim rei intentus mox iræ oblivisceris, si etiam illud tibi succurrerit, eum vi coactum agere — quid enim faciet? — aut, si potes, libera eum vi illa cogente.

31. Satyronem ubi vides, Socraticum tibi finge Eutychem aut Hymena; et Euphratem quum vides, Eutychem cogita aut Silvanum; Alciphronem viso, animo tuo observetur Tropæophorus, et, viso Xenophonte, Crito aut Severus; et te quum adspicis, Cæsarum aliquem cogita, et sic in quolibet geminum ei aliquem. Tum tibi succurrat: ubi nunc sunt illi? nusquam aut ubicunque. Sic enim semper spectabis res humanas ut fumi ac nihili instar, præsertim quum simul recordatus fueris, id, quod semel mutatum sit, non per infinitum tempus esse duraturum. Tu autem, quamdiu? cur vero tibi non sufficit, spatium hoc tam breve, prout decet, transigere? Qualem materiam, qualem rem, in qua elaborares, fugis? Quid enim hæc omnia sunt, nisi exercitia rationis, quæ accurate, et, ut naturæ scrutatorem decet, ea, quæ in vita sunt, perspecta habet? Persiste igitur, donec etiam hæc tibi familiaria reddideris, quemadmodum bonus stonachus cuncta sibi reddit familiaria et ignis validus, quidquid injeceris, inde flammam et splendorem edit.

32. Nemini liceat, id, quod verum est, loquenti, te dicere non esse simplicem aut bonum, sed mentiatum, quisquis horum aliquid de te opinatur. Quidquid autem hujus generis est, id in tua situm est potestate. Quis enim est, qui te prohibeat, quominus bonus et simplex sis? tu tantum certo statue, non diutius vivere, nisi talis sis futurus. Neque enim ratio te jubet, si non talis sis, diutius vivere.

33. Quid est, quod hac in re optime vel agi vel dici possit? nam quodcumque fuerit, id ipsum facere vel dicere licet, neque causari, te impediri. Non gemere desines, priusquam ita affectus fueris, ut quod voluptariis deliciæ, idem tibi sit, in quavis materia subjecta tibi oblati ea facere, quæ propriæ hominis constitutioni consentanea sunt: fructus enim loco habendum est, quidquid secundum tuam naturam agere tibi licet. Ubique autem id licet. Cylindro

μὲν οὖν κυλινδρῶ οὐ πανταχοῦ δίδοται φέρεσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν, οὐδὲ τῷ ὕδατι, οὐδὲ πυρὶ, οὐδὲ τοῖς ἀλλοῖς, ὅσα ὑπὸ φύσεως, ἢ ψυχῆς ἀλόγου, διοικεῖται· τὰ γὰρ διείργοντα καὶ ἐνισταμένα πολλά. Νοῦς δὲ καὶ λόγος διὰ παντός τοῦ ἀντιπίπτοντος οὕτως πορεύεσθαι δύναται, ὡς τέφουκε, καὶ ὡς θέλει. Ταύτην τὴν ῥα-στώνην πρὸ ὁμμάτων τιθέμενος, καθ' ἣν ἐνεχθήσεται ὁ λόγος διὰ πάντων, ὡς πῦρ ἄνω, ὡς λίθος κάτω, ὡς κύλινδρος κατὰ πρηνούς, μηκέτι μηδὲν ἐπιζήτει. Τὰ γὰρ λοιπὰ ἐγκόμματα ἤτοι τοῦ σωματικοῦ ἐστὶ τοῦ νεκροῦ, ἢ χωρὶς ὑπολήψεως, καὶ τῆς αὐτοῦ τοῦ λόγου ἐνδόσεως, οὐ θραύει, οὐδὲ ποιεῖ κακὸν οὐδοτιοῦν· ἐπεὶ τοι καὶ ὁ πάσχων αὐτόν, κακὸς ἂν εὐθύς ἐγίνετο. Ἐπὶ γούν τῶν ἄλλων κατασκευασμάτων πάντων, ὅ τι ἂν κακὸν τινι αὐτῶν συμβῇ, παρὰ τοῦτο χεῖρον γίνεται αὐτὸ τὸ πάσχον· ἐνταῦθα δὲ, εἰ δεῖ εἰπεῖν, καὶ χρεῖ-των γίνεται ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἐπαινετώτερος, ὁρθῶς χρώμενος τοῖς προσπίπτουσιν. Ὅλως δὲ μέμνησο, ὅτι τὸν φύσει παλῖτην οὐδὲν βλάπτει, ὁ πόλιν οὐ βλάπτει, οὐδὲ γε πόλιν βλάπτει, ὁ νόμον οὐ βλάπτει· τούτων δὲ τῶν καλουμένων ἀκληρημάτων οὐδὲν βλάπτει νόμος. Ὁ τοίνυν νόμον οὐ βλάπτει, οὔτε πόλιν, οὔτε παλῖτην.

λδ'. Τῷ δεδηγμένῳ ὑπὸ τῶν ἀληθῶν δογματῶν ἀρ-κει καὶ τὸ βραχύτατον, καὶ ἐν μέσῳ κείμενον εἰς ὑπό-μνησιν ἀλυπίας καὶ ἀφοβίας· οἶον·

Φῶλλα τὰ μὲν τ' ἄνεμος χαμάδις χεῖ . . .

ὡς ἀνδρῶν γενεή.

Φυλλάρια δὲ καὶ τὰ τεχνία σου· φυλλάρια δὲ καὶ ταῦτα τὰ ἐπιβοῶντα ἀξιοπίστως, καὶ ἐπευφημοῦντα, ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων καταρώμενα, ἢ ἡσυχῇ ψέγοντα καὶ χλευάζον-τα· φυλλάρια δὲ ὁμοίως καὶ τὰ διαδεξόμενα τὴν ὀστε-ροφημίαν. Πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα « ἕαρος ἐπιγίγνεται ὥρῃ »· εἴτα ἄνεμος καταβέβληκεν· ἐπειθ' ὕλη ἕτερα ἀντὶ τούτων φύει. Τὸ δὲ ὀλιγοχρόνιον κοινὸν ἀπάντων· ἀλλὰ σὺ πάντα, ὡς αἰώνια ἐσόμενα, φεύγεις καὶ διώ-κεις. Μικρὸν καὶ καταμάσεις· τὸν δὲ ἐξενεγκόντα σε ἤδη ἄλλος θρηνήσει.

λε'. Τὸν ὑγιαίνοντα ὀφθαλμὸν πάντα ὁρᾶν δεῖ τὰ ὁρατὰ, καὶ μὴ λέγειν, « Τὰ χλωρὰ θέλω »· τοῦτο γὰρ ὀφθαλμῶντός ἐστι. Καὶ τὴν ὑγιαίνουσαν ἀκοήν, καὶ ὁσφρησιν, εἰς πάντα δεῖ τὰ ἀκουστὰ καὶ ὁσφραντὰ ἐτοιμὴν εἶναι. Καὶ τὸν ὑγιαίνοντα στόμαχον πρὸς πάντα τὰ τρόφιμα ὁμοίως ἔχειν, ὡς μύλην πρὸς πάντα, ὅσα ἀλήσοις κατεσκευάσται. Καὶ τοίνυν τὴν ὑγιαί-νουσαν διάνοιαν πρὸς πάντα δεῖ τὰ συμβαίνοντα ἐτοιμὴν εἶναι· ἢ δὲ λέγουσα, « Τὰ τεχνία σωζέσθω, » καὶ « Πάν-τες, ὅ τι ἂν πράξω, ἐπαινεῖτωσαν, » ὀφθαλμός ἐστι, τὰ χλωρὰ ζητῶν, ἢ ὀδόντες τὰ ἀπαλά.

λς'. Οὐδεὶς ἐστὶν οὕτως εὐποτμος, ᾧ ἀποθνήσκοντι οὐ παρεστήθονται τινες, ἀσπαζόμενοι τὸ συμβαῖνον κα-κόν. Σπουδαῖος καὶ σοφὸς ἦν· μὴ τὸ πανύστατον ἔσται

quidem non datur, ut proprio suo ex quo tribue feratur neque aquæ, neque igni, nec reliquis, quæ a natura au- anima ratione carente reguntur; multa enim sunt, quæ hæc coercent iisque resistunt. Mens autem et ratio per omnia, quæ obsistunt, secundum naturam et voluntatem suam procedere potest. Hanc facilitatem, qua ratio per omnia ferri potest, ut ignis sursum, lapis deorsum, cylindrus per declive, ob oculos tibi ponens, nihil amplius require. Reliqua enim omnia impedimenta aut corporei sunt cadaveris, aut sine opinione et ipsius rationis remissione nec vul- nerant nec minimum quidem mali efficiunt; alioquin qui hoc pateretur, statim deterior fieret. In aliis quidem ope- ribus, quidcunque alicui contingat mali, eo ipso redditur deterius id, quod patitur; hic autem, si ita dicere licet, etiam melior fit homo et laude dignior, si iis, quæ ipsi ob- jiciuntur, recte utitur. Omnino autem memento, civem indigenam nihil lædere, quod civitatem non lædat, nihil autem civitatem lædere, quod legem non violet; eorum au- tem, quæ infortunia dicuntur, nihil violat legem. Quod igitur legem non violat, id neque civitatem neque civem lædit.

34. Ei, qui veris decretis* acutus est, brevissimum et in medio positum sufficit, quo admoneatur de mœrore et metu abjiciendis, ut

« Sternit humi frondes alias vis aspera venti »

« sic hominum genus est. »

Folula et fberi tui; foliola et ii, qui maximo sublato cia- more, ut fidem dictis faciant, alios celebrant, aut e contra- rio diris devovent, aut clam vituperant et rident; foliola pariter, qui famam posthumam excipient. Omnia enim hæc « veris nascuntur in hora. » Post ventus ea humum sternit; deinde silva alia in ipsorum locum profert. Brevitas autem temporis communis est omnibus; tu vero omnia perinde atque eterna forent, fugis et sectaris. Mox etiam tui clau- dentur oculi, et eum, qui te extulit, mox alius ingebit.

35. Sani oculi est videre omnia, quæ sub visum cadunt, nec dicere: « viridia volo. » Hoc enim ejus est, qui ocu- lis laborat. Sanum porro auditum et olfactum oportet ad omnia, quæ auditu aut olfactu percipi possunt, esse para- tum. Bene valentis porro stomachi est, ad omnia alimenta pariter se habere, ac mola se habet ad omnia, ad quæ mo- lenda fabricata est. Atque sic etiam mentis sanæ est, ad omnia, quæ eveniant, esse paratam. Illa vero, quæ « Li-beros, » inquit, « mihi salvos esse volo », aut, « omnes quidquid faciam laudare volo, » oculi instar est, qui viri- dia poscit, et dentium, qui mollia.

36. Nemo adeo felix est, cui morienti non adstituti sint quidam, qui malo, quod accidit, lætantur. Bonus et sa- piens fuerit: nonne tamen ad extremum erit, qui secum di-

τις, ὁ καθ' αὐτὸν λέγων, « Ἀναπνεύσωμέν ποτε ἀπὸ τούτου τοῦ παιδαγωγοῦ. Χαλεπὸς μὲν οὐδενὶ ἡμῶν ἦν, ἀλλὰ ἡσθάνομην, ὅτι ἡσυχῇ καταγινώσκει ἡμῶν. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ σπουδαίου. Ἐφ' ἡμῶν δὲ πόσα ἄλλα ἐστὶ, δι' ἃ παλὺς ὁ ἀπαλλακτῶν ἡμῶν; τοῦτο οὖν ἐννοήσεις ἀποθνήσκων, καὶ εὐκολώτερον ἐξελεύσει, λογιζόμενος· ἐκ τοιοῦτου βίου ἀπέρχομαι, ἐν ᾧ αὐτοὶ οἱ κοινωνοί, ὑπὲρ ὧν τὰ τοσαῦτα ἡγωνισάμην, ηὔξάμην, ἐφρόντισα, αὐτοὶ ἐκείνοι ἐθέλουσί με ὑπάνειν, ἄλλην τινὰ τυχόν ἐκ τούτου ῥαστώνην ἐλπίζοντες. Τί ἂν οὖν τις ἀντέχοιτο τῆς ἐνταῦθα μακροτέρας διατριβῆς; Μὴ μέντοι διὰ τοῦτο ἐλαττον εὐμενῆς αὐτοῖς ἔπιτι, ἀλλὰ τὸ ἴδιον ἔθος διασώζων, φίλος, καὶ εὖνους, καὶ ὡλεως, καὶ μὴ πάλιν ὡς ἀποσπώμενος· ἀλλ', ὥσπερ ἐπὶ τοῦ εὐθανατοῦντος εὐκολακ τὸ ψυχάριον ἀπὸ τοῦ σώματος ἐξελεῖται, τοιαύτην καὶ τὴν ἀπὸ τούτων ἀποχώρησιν δεῖ γενέσθαι· καὶ γὰρ τούτοις ἡ φύσις (σε) συνῆψε, καὶ συνέκρινεν. Ἀλλὰ νῦν διαλύει; διαλύομαι, ὡς ἀπὸ οἰκείων μὲν, οὐ μὴν ἀνθελκόμενος, ἀλλ' ἀβιάστως· ἐν γὰρ καὶ τοῦτο τῶν κατὰ φύσιν.

λζ'. Ἐθισον ἐπὶ παντός, ὡς οἶόν τε, τοῦ πρασσομένου ὑπὸ τινος, ἐπιζητεῖν κατὰ σαυτὸν· « Οὗτος τοῦτο ἐπὶ τίνα φέρει; » Ἀρχοῦ δὲ ἀπὸ σαυτοῦ, καὶ σαυτὸν πρῶτον ἐξέταζε.

λη'. Μέμνησο, ὅτι τὸ νευροσπαστοῦν ἐστὶν ἐκεῖνο, τὸ ἐνδον ἐγκεχυμένον· ἐκεῖνο ῥητορεία, ἐκεῖνο ζωὴ, ἐκεῖνο, εἰ δεῖ εἰπεῖν, ἄνθρωπος. Μηδέποτε συμπεριφαντάζου τὸ περιεχόμενον ἀγγειῶδες, καὶ τὰ ὄργανα ταῦτα τὰ περιπεπλάσμένα. Ὁμοία γάρ ἐστι σκεπάρνῳ, μόνον διαφέροντα, καθότι προσφυῇ ἐστίν. Ἐπεὶ τοι οὐ μᾶλλον τι τούτων ὀφελός ἐστι τῶν μορίων, χωρὶς τῆς κινούσης καὶ ἰσχυρῆς αὐτὰ αἰτίας, ἢ τῆς κερκίδος τῇ ὑφαντρίᾳ, καὶ τοῦ καλάμου τῇ γράφοντι, καὶ τοῦ μαστιγίου τῷ ἡνιόχῳ.

BIBAIION IA.

α'. Τὰ ἴδια τῆς λογικῆς ψυχῆς· ἑαυτὴν ὁρᾷ, ἑαυτὴν διαρροῖ, ἑαυτὴν, ὅποιαν ἂν βούληται, ποιεῖ, τὸν καρπὸν, ὃν φέρει, αὐτὴ καρποῦται (τοὺς γὰρ τῶν φυτῶν καρποὺς, καὶ τὸ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ζώων, ἄλλοι καρπούνται), τοῦ ἰδίου τέλους τυγχάνει, ὅπου ἂν τὸ τοῦ βίου πέρας ἐπιστῇ. Οὐχ, ὥσπερ ἐπὶ ὀρχήσεως καὶ ὑποκρίσεως, καὶ τῶν τοιούτων, ἀτελὴς γίνεται ἡ ὅλη πρᾶξις, ἐάν τι ἐγκόψῃ· ἀλλ' ἐπὶ παντός μέρους, καὶ ὅπου ἂν καταληφθῇ, πλήρες καὶ ἀπροσδεὲς ἑαυτῇ τὸ προτεθέν ποιεῖ· ὥστε εἰπεῖν, Ἐγὼ ἀπέχω τὰ ἐμά. Ἐτι δὲ περιέρχεται τὸν δλον κόσμον, καὶ τὸ περὶ αὐτὸν κενόν, καὶ τὸ σχῆμα αὐτοῦ, καὶ εἰς τὴν ἀπειρίαν τοῦ αἰῶνος ἐκτείνεται, καὶ τὴν περιοδικὴν παλιγγενεσίαν τῶν δλων ἐμπεριλαμβάνει, καὶ περινοεῖ, καὶ θεωρεῖ, ὅτι οὐδὲν νεώτερον ὄφονται οἱ μετ' ἡμᾶς, οὐδὲ περιττώτερον εἶδον οἱ πρὸ ἡμῶν· ἀλλὰ τρόπον τινὰ ὁ τεσσαρακοντούτης ἐάν νοῦν ὅποσονοῦν ἔχῃ, πάντα τὰ

cat : « Respirabimus tandem aliquando ab hoc paedagogo : nemini quidem nostrum gravis ac molestus fuit, sed sensi, eum nos tacite damnare. » Hæc igitur de viro probo. In nobis autem quam multa alia sunt, propter quæ a nobis liberari cupiant haud pauci? Hæc igitur moribundus contemplaberis et libentius discedes, hæc tecum reputans : « discedo e tali vita, in qua ipsi vitæ socii, quorum gratia tantos suscepi labores, tot fudi preces, tantas sustinui curas, me migrare volunt, quod inde aliud quid levaminis sibi fore sperant. Quid igitur est, cur quis diutius hic morari cupiat? Nec tamen propterea illis minus benevolus hinc discede, sed mores tuos servans, amicus, benevolus, mitis; neque tamen contra quasi vi avellaris, verum, quemadmodum in eo, cui facilis mors contingit, animula facile corpore exsolvitur, talem etiam tuam ab his secessionem esse oportet; cum his enim natura te copulavit et conjunxit. Verum nunc dissolvit? Dissolvor igitur tanquam familiaribus, nec tamen reluctans, sed nulla vi coactus discedens : nam hoc quoque unum est eorum, quæ naturæ conveniunt. »

37. Solemne tibi sit, in singulis cujusvis actionibus, quoad fieri potest, tecum reputare : « Quorsum hæc ejus actio spectat? » A te ipso autem fac initium teque primum explora.

38. Memento, illud, quod te quasi fiduculis huc illuc impellat, id esse, quod intus absconditum est; hoc est suadela, hoc vita, hoc, si verum volumus, homo. Noli igitur unquam cum eo mente complecti circumjectum tibi vas et instrumenta illa undique tibi afficta : nam dolabræ sunt sirixilia, abs qua eo tantum differunt, quod adnata sunt. Nam profecto non magis cujusquam harum partium tibi usus est sine illa causa, quæ ea movet eorumque motum retinet, quam radii textrici, aut calami scribenti, aut flagelli currus rectori.

LIBER XI.

1. Hæc sunt propria animo ratione prædito : se ipse videt, se effingit, se, qualem vult esse, reddit, et fructus, quos fert, ipse percipit — plantarum enim fructus et quæ his in animalibus respondent, alii percipiunt — finem suum consequitur, ubicunque vitæ terminus imminet. Non; quemadmodum in saltatione et actione fabularum, manca et mutila redditur tota actio, si quid inciderit, sed in quacunque parte, et ubicunque deprehensus fuerit, id, quod sibi proposuit, perfectum et omnibus numeris absolutum reddit, ut dicere possit, « ego quæ mea sunt, habeo. » Totum præterea mundum contemplando pervagatur, et, quod hunc ambit, vacuum, et figuram ejus, atque in ævi immensitatem se extendit et omnium rerum regenerationem certis temporum periodis circumscriptam complectitur et considerat, atque intelligit, nihil novi visuros esse posteros nostros, nihilque majus vidisse majores nostros, sed eum, qui quadraginta vixerit annos, si vel minimum mentis habuerit, quodam-

γεγονότα καὶ τὰ ἐσόμενα εὔρακε κατὰ τὸ ὁμοειδές. Ἴδιον δὲ λογικῆς ψυχῆς καὶ τὸ φιλεῖν τοὺς πλησίον, καὶ ἀλήθεια, καὶ αἰδώς, καὶ τὸ μὴδὲν ἑαυτῆς προτιμᾶν, ὅπερ ἴδιον καὶ νόμου. Οὕτως ἄρ' οὐδὲν διήνεγκε λόγος ὁρθός, καὶ λόγος δικαιοσύνης.

β'. Ῥῥῆς ἐπιτερποῦς, καὶ ὀρχήσεως καὶ παγκρατίου καταφρονήσεις, ἐὰν τὴν μὲν ἐμμελῆ φωνὴν καταμερίσῃς εἰς ἕκαστον τῶν φθόγγων, καὶ καθ' ἓνα πύθη σεαυτοῦ, εἰ τούτου ἦτιον εἴ· διατραπήσῃ γάρ· ἐπὶ δὲ ὀρχήσεως τὸ ἀνάλογον ποιήσας καθ' ἑκάστην κίνησιν, ἢ σκέσιν· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ παγκρατίου. Ὡς οὖν, χωρὶς ἀρετῆς καὶ τῶν ἀπ' ἀρετῆς, μέμνησο ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος τρέχειν, καὶ τῇ διαιρέσει αὐτῶν εἰς καταφρόνησιν ἵνα· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τὸν βίον ὅλον μετᾶφερε.

γ'. Οἷα ἐστὶν ἡ ψυχὴ ἡ ἔτοιμος, ἐὰν ἤδη ἀπολυθῇναι δέῃ τοῦ σώματος, καὶ ἤτοι σβεσθῇναι, ἢ σκεδασθῇναι, ἢ συμμεῖναι. Τὸ δὲ ἔτοιμον τούτο, ἵνα ἀπὸ ἰδικῆς κρίσεως ἐρχεται, μὴ κατὰ ψιλὴν παράταξιν, ὡς οἱ Χριστιανοί, ἀλλὰ λελογισμένως, καὶ σεμνῶς, καὶ ὥστε καὶ ἄλλον πείσαι, ἀτραγῶδως.

δ'. Πειποτήκα τι κοινωνικῶς; οὐκοῦν ὠφέλημαι· τοῦτο ἵνα αἰεὶ πρόχειρον ἀπαντᾷ· καὶ μηδαμοῦ παύου.

ε'. Τίς σου ἡ τέχνη; ἀγαθὸν εἶναι. Τούτο δὲ πῶς καλῶς γίνεται ἢ ἐκ· θεωρημάτων, τῶν μὲν περὶ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως, τῶν δὲ περὶ τῆς ἰδίας τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς;

ζ'. Πρῶτον αἱ τραγῳδαὶ παρήχθησαν ὑπομνηστικαὶ τῶν συμβαινόντων, καὶ ὅτι ταῦτα οὕτω πέφυκε γίνεσθαι, καὶ ὅτι, ὅς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ψυχαγωγέσθαι, τούτοις μὴ ἄχθεσθαι ἐπὶ τῆς μείζονος σκηνῆς. Ὅρατε γάρ, ὅτι οὕτω δεῖ ταῦτα περαινεσθαι, καὶ ὅτι φέρουσιν αὐτὰ καὶ οἱ κεκραγότες· « Ἰὼ Κιθαιρών. » Καὶ λέγεται δὲ τίνα ὑπὸ τῶν τὰ δράματα ποιούντων χρησίμως· ὅσον ἐστὶν ἐκεῖνο μάλιστα,

Εἰ δ' ἡμελήθην ἐκ θεῶν καὶ παιδ' ἐμῷ,
ἔχει λόγον καὶ τοῦτο·

καὶ πάλιν,

Τοῖς πράγμασιν γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι (χρεῶν)·

καί,

Βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν·

καὶ ὅσα τοιαῦτα. Μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρήχθη, παιδαγωγικὴν παρῆρσιν ἔχουσα, καὶ τῆς ἀτυφίας οὐκ ἀχρήστως δι' αὐτῆς τῆς εὐθυβρῆμοσύνης ὑπομνησκουσα· πρὸς ὅσον τι καὶ Διογένης ταῦτι παρελάμβανε. Μετὰ ταῦτα τίς ἡ μέση κωμῳδία, καὶ λοιπὸν ἡ νέα πρὸς τί ποτε παρελήπεται, ἢ κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὴν ἐκ μιμησεως φιλοτεχνίαν ὑπερβύη, ἐπίστησον. Ὅτι μὲν γὰρ λέγεται καὶ ὑπὸ τούτων τινὰ χρησίμα, οὐκ ἀγνοεῖται· ἀλλὰ ἡ ὅλη ἐπιβολὴ τῆς τοιαύτης ποιήσεως καὶ δραματουργίας πρὸς τίνα ποτὲ σκοπὸν ἀπέβλεψε;

modo et praeterita et futura vidisse omnia, quum ejusdem speciei sint omnia. Proprium quoque est animo ratione praedito amare proximos, et veritas, et verecundia, et summa sui ipsius aestimatio, quae etiam legi propria est. Sic igitur non differt recta ratio a ratione legis.

2. Cantilenam jucundam, et saltationem et pancratium contemnes, si voce concinna in singulos sonos divisa, de his singulatim te interrogaveris, num hoc inferior sis; nam te id constiteri pueret; et vero, si simile quid feceris in saltatione, quod ad singulos motus et gestus attinet, idemque in pancratio. In omnibus igitur omnino rebus, excepta virtute et his, quae e virtute proficiuntur, ad singulas earum partes recurrere memento et per earum divisionem ad ipsas contemnendas abire. Idem ad totam vitam, fac, transferas.

3. Qualis est animus paratus, si jam debeat a corpore solvi et vel exstingui vel dissolvi vel permanere. Haec tamen promptitudo ut a singulari judicio proficiscatur, nequaquam e mera obstinatione, ut in Christianis, sed re bene deliberata, et cum gravitate et, ut etiam alii id persuadere possis, sine fastu tragico.

4. Feci aliquid, quod societati prodest? Igitur utilitatem consecutus sum: hoc ut semper tibi in promptu sit et occurrat! Nunquam desine.

5. Quenam est ars tua? Bonum esse. Hoc autem quae alia ratione fit, nisi per praecipua tum ad naturam universi, tum ad propriam hominis conditionem spectantia?

6. Primum tragediae sunt institutae, quae monerent de iis, quae accidunt, eamque esse rerum naturam, ut haec sic eveniant, atque ne, quibus in scena delectamini, iisdem in majore scena offendamini. Nam videtis, non posse fieri, quin haec non accidant, eaque etiam illos sustinere, qui, « Eheu, Cithaeron! » exclamant. Atque dicuntur quaedam ab iis, qui fabulas composuerunt, utiliter, velut potissimum hoc:

« Si me meosque liberos di negligunt,
huius etiam constat ratio. »

Et rursus:

« Nam neutiquam hominem rebus irasoi decet. »

Et:

« Spicas ut frugiferas, sic vitam metere; »

et quae id genus sunt alia. Post tragediam vetus comedia in medium prolata est, quae paedagogicam usurpabat libertatem et ipsa sermonis licentia ad homines de fastu vitando admonendos non inutilis erat; quo consilio etiam Diogenes quaedam hinc suscepit. Deinde quanam fuerit media comedia et quo consilio nova sit instituta quae paulatim in artificiosum imitationis studium abiit, considera. Nam etiam ab his dici quaedam utilia, nemo ignorat; verum totum hujus poesis et fabularum institutum quorsum spectat?

ζ'. Πῶς ἐναργῆς προσπίπτει τὸ μ., εἶναι ἄλλην βίου ὑπόθεσιν εἰς τὸ φιλοσοφεῖν οὕτως ἐπιτήδειον, ὥς ταύτην, ἐν ᾗ νῦν ὦν τυγχάνεις;

η'. Κλάδος, τοῦ προσεχοῦς κλάδου ἀποκοπεῖς, οὐ δύναται μὴ καὶ τοῦ βίου φυτοῦ ἀποκεκοῦσθαι. Οὕτω δὴ καὶ ἄνθρωπος, ἐνὸς ἀνθρώπου ἀποσχισθεὶς, ὅλης τῆς κοινωνίας ἀποπέπτωκε. Κλάδον μὲν οὖν ἄλλος ἀποκόπτει· ἄνθρωπος δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν τοῦ πλησίον χωρίζει, μισήσας καὶ ἀποστραφεὶς, ἀγνοεῖ δὲ, ὅτι καὶ τοῦ βίου πολιτεύματος ἅμα ἀποτέμμηκεν ἑαυτόν. Πλὴν ἐκεῖνό γε δῶρον τοῦ συστήσαντός τὴν κοινωνίαν Διός· ἐξέστι γὰρ πάλιν ἡμῖν συμφῶναι τῷ προσεχεῖ, καὶ πάλιν τοῦ βίου συμπληρωτικοῖς γενέσθαι. Πλεονάκεις μέντοι γινόμενον τὸ κατὰ τὴν τοιαύτην διαίρεσιν, δυσένωτον καὶ δυσἀποκατάστατον τὸ ἀποχωροῦν ποιεῖ. Ὅπως τε οὐχ ὅμοιος ὁ κλάδος, ὁ ἀπ' ἀρχῆς συμβλασθῆσας καὶ σύμπλους συμμείνας, τῷ μετὰ τὴν ἀποκοπὴν αὐθις ἐγκεντρισθέντι, ὅ τι ποτε λέγουσιν οἱ φυτουργοί· Ὁμοθαμνῶν μὲν, μὴ ὁμοδογματεῖν δε.

θ'. Οἱ ἐνιστάμενοι προϊόντι σοι κατὰ τὸν ὁρὸν λόγον, ὥσπερ ἀπὸ τῆς ὑγιᾶς πράξεως ἀποτρέψαι σε οὐ δυνήσονται, οὕτως μὴδὲ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐμενείας ἐκκρουίσωσαν· ἀλλὰ φύλασσε σεαυτὸν ἐπ' ἀμφοτέρων ὁμοίως, μὴ μόνον ἐπὶ τῆς εὐσταθοῦς κρίσεως καὶ πράξεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς πρὸς τοὺς κωλύειν ἐπιχειροῦντας, ἢ ἄλλως δυσχεραίνοντας, πραότητος. Καὶ γὰρ τοῦτο ἀσθενέας, τὸ χαλεπαίνειν αὐτοῖς, ὥσπερ τὸ ἀποστῆναι τῆς πράξεως, καὶ ἐνδοῦναι καταπλαγέντα· ἀμφοτέροι γὰρ ἐπίσης λειποτάχται, ὁ μὲν ὑποτρέσας, ὁ δὲ ἄλλοτριωθεὶς πρὸς τὸν φύσει συγγενῇ καὶ φίλον.

ι'. Οὐκ ἔστι χεῖρων οὐδεμία φύσις τέχνης· καὶ γὰρ αἱ τέχναι τὰς φύσεις μιμοῦνται. Εἰ δὲ τοῦτο, ἡ πασῶν τῶν ἄλλων τελευτάτη καὶ περιληπτικωτάτη φύσις οὐκ ἂν ἀπολείποιο τῆς τεχνικῆς εὐμηχανίας. Πᾶσαι δὲ γε τέχναι τῶν κρητιτῶν ἐνεκεν τὰ χεῖρα ποιοῦσιν, οὐκοῦν καὶ ἡ κοινὴ φύσις. Καὶ δὴ ἐνθεν μὲν γένεσις δικαιοσύνης, ἀπὸ δὲ ταύτης αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ ὀφίστανται· οὐ γὰρ τηρηθήσεται τὸ δίκαιον, ἐὰν ἦτοι διαφερόμεθα πρὸς τὰ μέσα, ἢ εὐεξαπάτητοι καὶ προπρωτικοὶ καὶ μεταπτωτικοὶ ὦμεν.

ια'. Εἰ οὐκ ἔρχεται ἐπὶ σὲ τὰ πράγματα, ὧν αἱ διώξεις καὶ φυγαὶ θορυβοῦσι σε, ἀλλὰ τρόπον τινὰ αὐτὸς ἐπ' ἐκεῖνα ἔρχη· τὸ γοῦν κρῖμα τὸ περὶ αὐτῶν ἡσυχάζετω, κάκεῖνα μὲνεῖ ἀτρεμοῦντα, καὶ οὔτε διώκων οὔτε φεύγων ὀφθήσῃ.

ιβ'. Σφαῖρα ψυχῆς αὐτοειδής, ὅταν μῆτε ἐκτείνηται ἐπὶ τι, μῆτε ἔσω συντρέχῃ, μῆτε σπειρήται, μῆτε συνίζανῃ, ἀλλὰ φωτὶ λάμπηται, ᾧ τὴν ἀλήθειαν ὁρᾷ τὴν πάντων, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ.

ιγ'. Καταφρονήσει μου τίς; ὕφεται. Ἐγὼ δὲ ὀφθαλμοῖς, ἵνα μὴ τι καταφρονήσεως ἄξιον πράσων ἢ λέγων εὐρίσκωμαι. Μισήσεις; ὕφεται. Ἀλλὰ ἐγὼ εὐμενῆς καὶ εὐνοὺς παντὶ, καὶ τοῦτω αὐτῷ ἔτοιμος τὸ παρορώμενον δεῖξαι, οὐκ ὀνειδιστικῶς, οὐδὲ ὡς κατεπιδεικνύ-

7. Quam liquido compertum habes, nullum aliud vitæ genus ad philosophandum tam idoneum, quam hoc, in quo forte versaris?

8. Ramus a ramo cohærente amputatus non potest non a tota arbore abscissus esse. Sic igitur etiam homo ab uno homine avulsus, tota societate excidit. Ac ramum quidem alius amputat; homo autem se ipse a proximo separat, dum eum odit et aversatur, ignorat autem, se simul a tota civitate sese abscidisse. Veruntamen illud munus est ejus, qui hanc societatem condidit, Jovis, quod nobis licet rursus cum eo, cui antea adhesimus, coalescere ac rursus partem necessariam ad totius integritatem fieri. Quod tamen sæpe in illa separatione versatur, facit, ut id quod abcessit, haud facile uniri et in pristinum locum restitui possit. Omnino ramus, qui ab initio cum arbore germinavit et cum ea constanter quasi conspiravit, non similis est ei, qui, postquam abscissus erat, iterum insertus est, quidquid dicant hortulani: Una quidem fruticari, verum non una probare eadem decreta.

9. Qui tibi secundum rectam rationem procedenti impedimento sunt, sicut a sana agendi ratione te depellere non possunt, ita neque benevolentiam erga ipsos tibi excutiant; sed utrumque pariter tuere, constantiam in iudicando et agendo, et mansuetudinem erga eos, qui te impedire aut alia ratione molesti esse conantur. Etenim non minus imbecilli animi est, his succensere, quam ab actione desistere et consternatum succumbere; uterque enim pariter desertæ stationis reus est et qui metu perculsus est et qui cognatum sibi natura et amicum aversatus est.

10. Nulla natura inferior est arte; nam etiam artes naturam imitantur. Quod si est, natura omnium præstantissima et ceteras omnes complectens artium solertiæ nequitiam cesserit. Omnes autem artes præstantiorum gratia deteriora efficiunt: igitur etiam communis natura. Atque hinc sane justitiæ origo, ex hac autem reliquæ virtutes oriuntur: non enim servari poterit id, quod justum est, si aut medias res ad nos pertinere putamus, aut nos facile decipi patimur, aut in assentiendo temerarii et inconstantes sumus.

11. Non veniunt ad te res, quarum cupido et aversio te conturbant, verum quodammodo ipse ad eas accedis. Proinde tuum de his iudicium quiescat; quo facto etiam illæ manebunt immotæ et ut eas neque sectans neque fugiens videberis.

12. Sphæra animi sui similis, quando se neque extendit ad aliquid, neque intro se contrahit, neque dilatatur, neque subsidit, sed lumine collustratur, quo veram et omnium rerum et suam ipsius naturam perspicit.

13. Contemnit me aliquis? ipse viderit. Ego vero cavebo, ne quid contemptu dignum agere aut dicere deprehendar. Odit me? ipse viderit. Ego vero omnibus sum mitis et benevolus et paratus, qui huic errorem ostendam suum, neque tamen exprobandi causa, neque ut ostentem, me

μενος, ὅτι ἀνέχομαι, ἀλλὰ γνησίως καὶ χρηστῶς, οἷος ὁ Φωκίων ἐκείνος, εἰ γε μὴ προσεποιεῖτο. Τὰ ἔσω γὰρ δεῖ τοιαῦτα εἶναι, καὶ ὑπὸ τῶν θεῶν βλέπεσθαι ἀνθρώπων πρὸς μὴδὲν ἀγανακτικῶς διατιθέμενων, μὴδὲ δεινοπαθοῦντα. Τί γάρ σοι κακὸν, εἰ αὐτὸς νῦν ποιεῖς τὸ τῇ φύσει σου οἰκεῖον, καὶ δέχῃ τὸ νῦν τῇ τῶν ὁλων φύσει εὐκαιρον, ἀνθρώπος τεταγμένος πρὸς τὸ γίνεσθαι δι' ὅτου δὴ κοινῇ συμφέρον;

ιδ'. Ἀλλήλων καταφρονούντες, ἀλλήλοις ἀρεσκεύονται, καὶ ἀλλήλων ὑπερέχουν θέλοντες, ἀλλήλοις ὑποκατακλίνονται.

ιε'. Ὡς σαπρὸς καὶ κίβδηλος ὁ λέγων· « Ἐγὼ προήρημαι ἀπλῶς σοι προσφέρεισθαι; » Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; τοῦτο οὐ δεῖ προλέγειν. Αὐτοῦ φανήσεται· ἐπὶ τοῦ μετώπου γεγράφθαι ὀφείλει εὐθὺς ἡ φωνή· Τοιοῦτον ἔχει, εὐθὺς ἐν τοῖς ὅμμασιν ἐξέχει, ὡς τῶν ἐραστῶν ἐν τῷ βλέμματι πάντα εὐθὺς γνωρίζει δ' ἐρώμενος. Τοιοῦτον ὅπως δεῖ τὸν ἀπλοῦν καὶ ἀγαθὸν εἶναι, οἷον γράσωνα, ἵνα ὁ παραστάς, ἅμα τῷ προσελθεῖν, θέλει οὐ θέλει, αἰσθηταῖ· Ἐπιτήδευσις δὲ ἀπλότητος σκάλμη ἐστίν. Οὐδὲν ἐστὶν ἀσχίον λυκοφιλας. Πάντων μάλιστα τοῦτο φεῖγε. Ὁ ἀγαθός, καὶ ἀπλοῦς, καὶ εὐμενής, ἐν τοῖς ὅμμασιν ἔχουσι ταῦτα, καὶ οὐ λανθάνει.

ις'. Κάλλιστα διακτῆν δύναμις αὕτη ἐν τῇ ψυχῇ, ἔαν πρὸς τὰ ἀδιάφορα ἀδιαφορῇ. Ἀδιαφορῆσαι δὲ, ἔαν ἕκαστον αὐτῶν θεωρῇ διηρημένως, καὶ ὀλικῶς, καὶ μεμνημένος, ὅτι οὐδὲν αὐτῶν ὑπόληψιν περὶ αὐτοῦ ἡμῖν ἐμποιεῖ, οὐδὲ ἔρχεται ἐφ' ἡμᾶς· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀτρεμεῖ, ἡμεῖς δὲ ἐσμέν, οἱ τὰς περὶ αὐτῶν κρίσεις γεννώντες, καὶ οἷον γράφοντες ἐν ἑαυτοῖς, ἐξὸν μὲν μὴ γράφειν, ἐξὸν δὲ, κἂν πού λάθῃ, εὐθὺς ἐξαλειψαί· ὅτι ὀλίγου χρόνου ἔσται ἡ τοιαύτη προσοχή, καὶ λοιπὸν πεπαύσεται ὁ βίος. Τί μέντοι δύσκολον ἄλλως ἔχει ταῦτα; Εἰ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἐστὶ, χαίρει αὐτοῖς, καὶ ῥάδια ἔστω σοι· εἰ δὲ παρὰ φύσιν, ζῆτει, τί ἐστὶ σοι κατὰ τὴν σὴν φύσιν, καὶ ἐπὶ τοῦτο σπεῦδε, κἂν ἄδοξον ᾗ· παντὶ γὰρ συγγνώμη, τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ζητοῦντι.

ιβ'. Πόθεν ἐλήλυθεν ἕκαστον, καὶ ἐκ τίνων ἕκαστον ὑποκειμένων, καὶ εἰς τί μεταβάλλει, καὶ οἷον ἔσται μεταβαλὼν, καὶ ὡς οὐδὲν κακὸν πείσεται.

ιη'. Καὶ πρῶτον, τίς ἡ πρὸς αὐτοὺς μοι σχέσις; καὶ ὅτι ἀλλήλων ἔνεκεν γεγόναμεν· καὶ καθ' ἕτερον λόγον, προστησόμενος αὐτῶν γέγονα, ὡς κριὸς ποίμνης, ἢ ταῦρος ἀγέλης. Ἄνωθεν δὲ ἐπιθι, ἀπὸ τοῦ, Εἰ μὴ ἄτομος, φύσις ἡ τὰ ὅλα διοικοῦσα· εἰ τοῦτο, τὰ χείρονα τῶν κρείττωνων ἔνεκεν, ταῦτα δὲ ἀλλήλων.

Δεύτερον δὲ, ὁποῖοί τινές εἰσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης, ἐν τῷ κλιγαρίῳ, τάλλα· μάλιστα δὲ, οἷας ἀνάγκας δογμάτων καίμενας ἔχουσιν· καὶ αὐτὰ δὲ ταῦτα μεθ' οἷου τύφου ποιοῦσι.

Τρίτον, ὅτι, εἰ μὲν ὀρθῶς ταῦτα ποιοῦσιν, οὐ δεῖ δυσχεραίνειν· εἰ δ' οὐκ ὀρθῶς, δηλονότι ἄκοντες καὶ ἀγνοοῦντες. Πᾶσα γὰρ ψυχὴ ἄκουσα στέρεται, ὥσπερ

tolerare, sed ingenuē et benigne, ut ille Phocion fuit, nisi quidem id simulavit. Intus enim ea ejusmodi esse oportet, et a diis conspici hominem nullam rem agere ferentem aut quiritantem. Quid enim mali tibi est, si ipse nunc id agis, quod naturae tuae proprium est? et excipis id, quod nunc universi naturae tempestivum est, quippe constitutus homo, qui per omnia, qualiacunque demum sunt, societatis salutis consulas?

14. Qui mutuo se contemnunt, iidem alter alteri assentantur, et qui id agunt, ut alios superent, iidem aliis se submittunt.

15. Quam putidus et fucatus est, qui, « Ego, » inquit, « aperte tecum agere constitui »? Quid agis, homo? hoc praefari te non oportet. Illico apparebit; in fronte inscripta esse debet haec vox, « Ita se res habet, » statimque ex oculis apparere, quemadmodum in amantis oculis statim omnia intelligit is, qui amatur. Talem omnino oportet esse virum simplicem ac probum, qualis est, qui hircum olet, ut qui ei adstat, simulatque accedit, velit nolit, sentiat. Affectatio autem simplicitatis instar pugionis est. Nil turpius amicitia lupina. Maxime omnium hoc fuge. Vir bonus, simplex et benevolus haec omnia in oculis habet, nec latent.

16. Optime vitam transigendi facultas ipsa in animo sita est, si res indifferentes in nullo discrimine ponit; id autem faciet, si earum unamquamque sejunctim et ex omni parte spectaverit et meminerit, illarum nullam nos cogere, ut hoc vel illud de iis opinemur, neque ad nos accedere, sed illas quietas consistere, nos autem esse, qui iudicia de iis proferamus easque in nobis ipsis depingamus, quum liceat non depingere, adeoque liceat, si forte clam irrepserint, statim delere: brevi tantum tempore hac cautione opus fore, tum vitae finem instare. Quid tamen in his * omnino difficile est? Si enim naturae conveniunt, iis laetare et facilia tibi sunt; si contra naturam, quare, quid tibi secundum tuam naturam sit et ad hoc contendere, etiamsi non gloriosum sit. Venia enim cuique est, qui bonum suum sectatur.

17. Unde prodierint singula, quibus ex materiis substratis singula constant, in quid mutantur, mutata qualia sint futura, et ut nihil mali patiantur.

18. Ac primum: quænam mihi ad eos sit ratio, et nos, alterum alterius causa, natos esse, me alio quodam respectu iis esse praefectum, ut gregi aries, ut armento taurus. Altius vero rem repete, ex hoc: si non atomi, natura est, quæ res administrat; quod si est, deteriora sunt praestantiorum causa, hæc autem, alterum alterius causa.

Deinde, quales sint ad mensam, in lectulo, reliquis; potissimum vero, quibus decretorum necessitatibus cogantur, et hæc ipsa quanto cum fastu agant.

Tum, si recte hæc faciant, non esse agere ferenda; sin minus, eos manifesto nolentes et ignorantes agere. Omnis enim animus, ut veritate, sic etiam ea virtute, quæ suum

τοῦ ἀληθοῦς, οὕτως καὶ τοῦ κατ' ἀρίστην ἐκάστη προσ-
φέρεσθαι. Ἀχθονται γοῦν ἀκούοντες ἄδικοι, καὶ
ἀγνώμονες, καὶ πλεονέκται, καὶ καθάπαξ ἁμαρτητικοὶ
περὶ τοὺς πλησίον.

Τέταρτον, ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλὰ ἁμαρτάνουσιν, καὶ ἄλλος
τοιούτος εἶ· καὶ εἰ τινων δὲ ἁμαρτημάτων ἀπέχῃ, ἀλλὰ
τὴν γε ἕξιν ποιητικὴν ἔχεις, εἰ καὶ διὰ δειλίαν, ἢ δοξο-
κοπίαν, ἢ τοιοῦτό τι κακὸν, ἀπέχῃ τῶν ὁμοίων ἁμαρτη-
μάτων.

Πέμπτον, ὅτι οὐδὲ, εἰ ἁμαρτάνουσι, κατελιπας·
πολλὰ γὰρ καὶ κατ' οἰκονομίαν γίνεται. Καὶ δὴ
πολλὰ δεῖ πρότερον μαθεῖν, ἵνα τις περὶ ἁλλοτρίας πρά-
ξεις καταληπτικῶς τι ἀποφῇνηται.

Ἐκτον, ὅτι, ὅταν λίαν ἀγανακτήσῃ, ἢ καὶ δυσπα-
θῇς, ἀκαριαῖος ὁ ἀνθρώπειος βίος, καὶ μετ' ὀλίγον
πάντες ἐξετάθημεν.

Ἑβδομον, ὅτι οὐχ αἱ πράξεις αὐτῶν ἐνοχλοῦσιν
ἡμῖν· ἐκείναι γὰρ εἰσιν ἐν τοῖς ἐκείνων ἡγεμονικαῖς·
ἀλλὰ αἱ ἡμέτεραι ὑπολήψεις. Ἄρον γοῦν, καὶ θέλῃσιν
ἀφείναι τὴν ὡς περὶ δεινῶν κρίσιν, καὶ ἀπῆλθεν ἡ ὀργή.
Πῶς οὖν ἄρης; Λογισάμενος, ὅτι οὐκ αἰσχρὸν· ἐάν γὰρ
μὴ μόνον ἢ τὸ αἰσχρὸν κακὸν, ἀνάγκη καὶ σὲ πολλὰ
ἁμαρτάνειν, καὶ λησθῇ καὶ παντοῖον γενέσθαι.

Ὅγδοον, ὅσην χαλεπώτερα ἐπιφέρουσιν αἱ ὀργαὶ
καὶ λύπαι, αἱ ἐπὶ τοῖς τοιοῦτοις, ἢ περὶ αὐτὰ ἐστίν, ἐφ'
οἷς ὀργιζόμεθα καὶ λυπούμεθα.

Ἐννατον, ὅτι τὸ εὐμενὲς ἀνίκητον, ἐάν γνήσιον ᾖ,
καὶ μὴ σεσηρὸς, μηδὲ ὑπόκρισις. Τί γὰρ σοι ποιήσῃ
ὁ ὑβριστικώτατος, ἐάν διατελῇς εὐμενὴς αὐτῷ, καὶ, εἰ
οὕτως ἔτυχῃ, πρῶτος παραινῇ καὶ μεταδιδάσκῃς εὐ-
συχλῶν παρ' αὐτὸν ἐκείνον τὸν καιρὸν, ὅτε κακὰ ποιεῖν
σε ἐπιχειρεῖ, «Μὴ, τέκνον· πρὸς ἄλλο περὶφύκαμεν. Ἐγὼ
μὲν οὐ μὴ βλαβῶ, σὺ δὲ βλάβη, τέκνον.» Καὶ δει-
κνύει εὐαφῶς καὶ δαικῶς, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει, ὅτι οὐδὲ
μελίσσαι αὐτὸ ποιοῦσιν, οὐδ' ὅσα συναγελαστικά πέφυκε.
Δεῖ δὲ μήτε εἰρωνικῶς αὐτὸ ποιεῖν, μήτε ὀνειδιστικῶς,
ἀλλὰ φιλοστόργως καὶ ἀδελφικῶς τῇ ψυχῇ· καὶ μὴ ὡς ἐν
σχολῇ, μηδὲ ἵνα ἄλλος παραστὰς θαυμάσῃ· ἀλλ' ἥτοι
πρὸς μόνον, καὶ ἐάν ἄλλοι τινὲς περισσῶς ᾖσι. . .

Τούτων τῶν ἐννέα κεφαλαίων μέμνησο, ὡς παρὰ
τῶν Μουσῶν δῶρα εἰληφῶς· καὶ ἄρξαι ποτὲ ἀνθρώπος
εἶναι, ἕως ζῆς. Φυλακτέον δὲ ἐπίσης τῇ ὀργίζεσθαι
αὐτοῖς, τὸ κολακεύειν αὐτούς· ἀμφοτέρω γὰρ ἀκοινώ-
νητα καὶ πρὸς βλάβην φέρει. Πρόχειρον δὲ ἐν ταῖς
ὀργαῖς, ὅτι οὐχὶ τὸ θυμοῦσθαι ἀνδρικόν, ἀλλὰ τὸ πρᾶον
καὶ ἡμερον, ὥσπερ ἀνθρωπικώτερον, οὕτως καὶ ἄρρε-
νιώτερον· καὶ ἰσχύος καὶ νεύρων καὶ ἀνδρείας τούτῃ
μέγιστον, οὐχὶ τῷ ἀγανακτοῦντι καὶ δυσχεραστοῦντι.
Ὅσην γὰρ ἀπαθεία τοῦτο οἰκειότερον, τοσοῦτον καὶ δυ-
νάμει. Ὅσπερ τε ἡ λύπη ἀσθενοῦς, οὕτως καὶ ἡ ὀργή.
Ἀμφοτέροι γὰρ τέτρωνται, καὶ ἐνεδώκασιν.

Εἰ δὲ βούλει, καὶ δέκατον παρὰ τοῦ Μουσηγέτου
ἔσθωρον λάβε, ὅτι τὸ μὴ ἀξιοῦν ἁμαρτάνειν τοὺς φαύλους
μακρόν· ἀδυνάτου γὰρ ἐρίεται. Τὸ δὲ συγγραφεῖν ἄλ-

cuique pro dignitate tribuit, invitatus privatur; hinc quoque
dolore afficiuntur, quum iniusti, ingrati, avari, omninoque
in alios peccantes audiunt.

Porro, te quoque ipsum multa peccare et alium ejusdem
generis esse; atque, si quibusdam abstineas peccatis, ta-
men tibi esse habitum, ex quo proficiscantur, etsi ignavia
aut gloriæ cupiditate aut alia mala de causa similibus absti-
neas.

Porro, te, an peccaverint, ne satis quidem intelligere :
multa enim etiam ex prudenti dispensatione fiunt; atque
omnino multa explorata haberi oportere, priusquam de
aliorum actionibus certi aliquid statuas.

Porro, quando maxime stomacharis et inique fers, puncti
instar esse vitam humanam et brevi nos omnes vita esse
excessuros.

Porro, non eorum actiones nobis molestiam creare, quippe
quæ in illorum mentibus insint, sed nostras opiniones.
Tolle igitur et missum fac judicium illud, quasi malum es-
set, et abiit ira. Quomodo vero tollas? Reputans tecum,
non esse inhonestum : nisi enim sola turpitudine esset malum,
necesse esset, te quoque multa peccare et latronem et quid
non? fieri.

Porro, quanto molestiora nobis adferant ira et dolor
qui ex iis oriuntur, quam res ipsæ, propter quas irascimur
et dolemus.

Denique, benevolentiam, si genuina, non simulata aut
fucata sit, invictam esse. Quid enim tibi faciet, qui vel
maxime contumeliosus est, si benevolus ei esse perrexeris,
et, si occasio ita tulerit, eum placide adhortatus fueris, et
eo tempore, quo te lædere conatur, quietus sic admonue-
ris; « Absit, mi fili! ad aliam rem nati sumus : ego quidem
neutiquam læsus ero, sed tu læderis, mi fili! » Atque quam
lenissime et universim ei ostendere, rem sic se habere, neque
apes id facere, neque alias animantes, quæ natura gregatim
vivant. Oportet vero hoc neque irridendi neque expro-
brandi causa te facere, sed cum sincero amoris affectu atque
animo non irritato, neque vero tanquam in schola, neque
ut alius, qui adstat, te admiretur, sed aut ei soli id dici
oportet, aut, * si forte alii adsint.....

Horum novem capitulum memento, quasi dona ea a Musis
acceperis; et incipe tandem homo esse, dum vivis. Pariter
vero cavendum, ne aduleris eos, quam ne irascaris : utrum-
que enim a societatis communione alienum est et damnum
adfert. Accedente autem ira, in promptu sit, non irasci
esse viri, sed lenitatem ac mansuetudinem, ut humaniorem,
ita viro digniorem esse; huic robur et nervos et fortitudinem
inesse, non ei, qui indignatur et olenditur. Quanto enim
propinquius hoc est affectum vacuitati, tanto etiam po-
tentior propius est. Atque ut tristitia, ita etiam ira infirmi
hominis est; nam uterque vulneratus est et sese dedit.

Si lubet, etiam decimum a Musarum præside donum ac-
cipe : nolle peccare pravos homines, esse insanum; quo-
niam appetit id, quod fieri non potest. Concedere. ut erga

λοις μὲν εἶναι τοιοῦτους, ἀξιοῦν δὲ μὴ εἰς σὲ ἀμαρτάνειν, ἀγνωμον καὶ τυραννικόν.

ιβ'. Τέσσαρες μάλιστα τροπὰς τοῦ ἡγεμονικοῦ παραφυλακτέον διηνεκῶς, καὶ ἐπειδὴν φωράσης, ἀπαλειπτέον, ἐπιλέγοντα ἐφ' ἑκάστου οὕτως· Τοῦτο τὸ φάντασμα οὐκ ἀναγκαῖον τοῦτο λυτικὸν κοινωνίας τοῦτο οὐκ ἀπὸ σαυτοῦ μέλλεις λέγειν· τὸ γὰρ μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ λέγειν ἐν τοῖς ἀποπτωτάτοις νόμιζε. Τέταρτον δὲ ἐστὶ, καθ' ὃ σεαυτῷ ὀνειδιᾷς, ὅτι τοῦτο ἡττωμένον ἐστὶ καὶ ὑποκατακλινομένου τοῦ ἐν σοὶ θειοτέρου μέρους τῇ ἀτιμωτέρῃ καὶ ὀνητῇ μοίρᾳ τῇ τοῦ σώματος, καὶ ταῖς τούτου παχείαις ἡδοναῖς.

κ'. Τὸ μὲν πνευμάτιόν σου, καὶ τὸ πυρῶδες πᾶν, ὅσον ἐγκέφαται, καίτοι φύσει ἀνωφερῇ ὄντα, ὅμως πειθόμενα τῇ τῶν θλων διατάξει, παρακρατεῖται ἐνταῦθα ἐπὶ τοῦ συγκρίματος. Καὶ τὸ γεῶδες δὲ τὸ ἐν σοὶ πᾶν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καίτοι κατωφερῇ ὄντα, ὅμως ἐγὴγερται καὶ ἐστῆκε τὴν οὐχ ἑαυτῶν φυσικὴν στάσιν. Οὕτως ἄρα καὶ τὰ στοιχεῖα ὑπακούει τοῖς θλοις, ἐπειδὴν πού καταταχθῇ, σὺν βίᾳ μένοντα, μέχρις ἂν ἐκείθεν πάλιν τὸ ἐνδόσιμον τῆς διαλύσεως σημήνη. Οὐ δεινὸν οὖν μόνον τὸ νοερὸν σου μέρος ἀπειθὲς εἶναι καὶ ἀγανακτεῖν τῇ ἑαυτοῦ χώρᾳ; καίτοι οὐδὲν γε βίαιον τούτῳ ἐπιτάσσεται, ἀλλ' ἂ μόνον κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτῷ· οὐ μέντοι ἀνέχεται, ἀλλὰ τὴν ἐναντίαν φέρεται. Ἡ γὰρ ἐπὶ τὰ ἀδικήματα, καὶ τὰ ἀκολαστήματα, καὶ τὰς ὀργὰς, καὶ τὰς λύπας, καὶ τοὺς φόβους κίνησις; οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἀφισταμένου τῆς φύσεως. Καὶ ὅταν δέ τι τινὲς συμβαινόντων δυσχεραίνῃ τὸ ἡγεμονικόν, καταλείπει καὶ τότε τὴν ἑαυτοῦ χώραν. Πρὸς δσιότητα γὰρ καὶ θεοσέβειαν κατεσκευάσται οὐχ ἥττον ἢ πρὸς δικαιοσύνην. Καὶ γὰρ ταῦτα ἐν εἰδῇ ἐστὶ τῆς εὐκοινωνήσιας, μᾶλλον δὲ πρεσβύτερα τῶν δικαιοπραγημάτων.

κα'. Ὁ μὴ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἐστὶν αἰὶ τοῦ βίου σκοπός, οὗτος εἷς καὶ ὁ αὐτὸς δι' ὅλου τοῦ βίου εἶναι οὐ δύναται. Οὐκ ἀρκεῖ δὲ τὸ εἰρημένον, ἐὰν μὴ κάκεῖνο προσθῇς, ὅποιον εἶναι δεῖ τοῦτον τὸν σκοπὸν. Ὡσπερ γὰρ οὐχ ἡ πάντων τῶν ὅπως οὖν τοῖς πλείοσι δοκούντων ἀγαθῶν ὑποληψὶς ὁμοία ἐστὶν, ἀλλ' ἡ τῶν τοῶνδ' ἐτινων, τουτέστι τῶν κοινῶν· οὕτω καὶ τὸν σκοπὸν δεῖ τὸν κοινωνικὸν καὶ πολιτικὸν ὑποστήσασθαι. Ὁ γὰρ εἰς τοῦτον πάσας τὰς ἰδίας ὁρμὰς ἀπευθύνων πάσας τὰς πράξεις ὁμοίας ἀποδώσει, καὶ κατὰ τοῦτο αἰὶ ὁ αὐτὸς ἐσται.

κβ'. Τὸν μῦν τὸν ὀρεινόν, καὶ τὸν κατοικίδιον, καὶ τὴν πτοίαν τούτου καὶ διασώδῃσιν.

κγ'. Σωκράτης καὶ τὰ τῶν πολλῶν δόγματα Λαμίας ἐκάλει, παιδίῳ δειμάτα.

κδ'. Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις ἐν ταῖς θεωρίαις ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βᾶθρα ἐτίθεσαν· αὐτοὶ δὲ, οὗ ἔτυχε, ἐκαθέζοντο.

κε'. Τῷ Περδίκᾳ ὁ Σωκράτης περὶ τοῦ μὴ ἔρχεσθαι παρ' αὐτὸν, « Ἴνα, ἔφη, μὴ τῷ κακίστῳ ὀλέθρῳ

alios tales sint, modo non in te poecent, iniquum esse et tyrannicum.

19. Quattuor potissimum mentis aberrationes perpetuo cavendae, et si quando eas in te deprehenderis, tollendae eo, quod de singulis sic tecum loqueris : Haec opinio non est necessaria : hoc societatis vinculum solvit : hoc non a te dicturus es ; non autem a te dicere ineptissimum habeto. Quartum est, in quo tibi ipse exprobras, proficisci id a parte tui divinore devicta et succumbente parti corporis villiori ac mortali ejusque crassis voluptatibus.

20. Animula tua omneque igneum, quantum commistum est, quamquam natura sursum feruntur, tamen universi dispositioni obtemperantia, hic in hac massa commixta continentur. Quidquid porro in te terrenum et humidum est, quamquam deorsum fertur, tamen sursum attollitur et statum occupat suae ipsius naturae non proprium. Sic igitur ipsa elementa universo obtemperant et postquam alcubi per vim collocata sunt, ibi permanent, donec iterum dissolutionis signum datur. Nonne igitur turpissimum est, solam tui partem ratione praeditam esse immorigeram et locum suum indigne ferre? quamquam ei nihil quidem per vim imponitur, sed ea tantum, quae naturae ejus conveniunt — et tamen non sustinet, sed in adversam fertur partem : motus enim, quo ad injurias, voluptatum blanditias, iram, dolorem, metum fertur, nihil aliud est, nisi defectio a natura. Quin etiam mens, quum aliquid eorum, quae accidunt, aegre fert, stationem suam deserit : ad pietatem enim et deorum venerationem non minus nata est, quam ad justitiam. Nam haec quoque in eorum numero sunt, quae ad societatem servandam faciunt, immo vero iustis actionibus antiquiora.

21. Cui non unum idemque vitae consilium est, is unus idemque per totam vitam esse non potest. Neque vero sufficit, quod dictum est, nisi etiam id addideris, quale hoc consilium esse debeat. Quemadmodum enim non eadem est opinio de bonis, quae quoquo modo bona esse videntur multitudini, sed de certis quibusdam, hoc est, de communibus; ita etiam id consilium nobis proponendum, quod societati communi et civitati accommodatum est. Ad hoc enim qui omnes suos conatus dirigit, is actiones sibi similes praestabit, et hac ratione semper unus idemque erit.

22. Murem montanum et domesticum, et hujus pavorem et trepidationem.

23. Socrates etiam vulgi placita Lamias appellabat, puerulorum terriaculamenta.

24. Lacedaemonii peregrinis sub umbra sedem assigabant in spectaculis : ipsi, ubi fors ferebat, considerabant.

25. Socrates Perdiccae, quod ad cenam non veniebat.

ἐπὶ λωμαι, » τούτεστι, μὴ εὖ παθὼν οὐ δυνήθῃ ἀντε-
ποιῆσαι.

κς'. Ἐν τοῖς τῶν Ἐφεσίων γραμμασι παράγγελμα
ἔκειτο, συνεχῶς ὑπομιμνήσκεσθαι τῶν παλαιῶν τινας
τῶν ἀρετῇ χρησαμένων.

κζ'. Οἱ Πυθαγόρειοι, ἔωθεν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφορᾶν,
ἐν' ὑπομιμνησκάμεθα τῶν ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύ-
τως τὸ ἑαυτῶν ἔργον διανούντων, καὶ τῆς τάξεως, καὶ
τῆς καθαρότητος, καὶ τῆς γυμνότητος. Οὐδὲν γὰρ
προκάλυμμα ἀστρου.

κη'. Οἷος ὁ Σωκράτης, τὸ κώδιον ὑπεζωσμένος, ὅτε
ἡ Ξανθίππη λαβοῦσα τὸ ἱμάτιον ἔξω προῆλθε· καὶ ἂ
εἶπεν ὁ Σωκράτης τοῖς ἑταίροις αἰδεσθεῖσι καὶ ἀναχω-
ρήσασιν, ὅτε αὐτὸν εἶδον οὕτως ἑσταλμένον.

κθ'. Ἐν τῷ γράφειν καὶ ἀναγινώσκειν οὐ πρότερον
ἄρξεις, πρὶν ἀρχοῦς. Τοῦτο πολλῶ μᾶλλον ἐν τῷ
βίῳ.

λ'. Δούλος πέφυκας, οὐ μέτεστί σοι λόγος.

λα'. Ἐμὸν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ.

λβ'. Μίμψονται δ' ἀρετὴν χαλεποὶ βάζοντες ἡσασιν.

λγ'. Σῦκον χειμῶνος ζητεῖν, μαινομένου· τοιοῦτος ὁ
παιδίον ζητῶν, ὅτε οὐκ ἔτι δίδεται.

λδ'. Καταφιλοῦντα τὸ παιδίον δεῖν, ἔλεγεν ὁ Ἐπί-
κτητος, ἔνδον ἐπιφθέγγεσθαι, « Αὐρίον ἴσως ἀποθανῇ. »
— Δύσφημα ταῦτα. — Οὐδὲν δύσφημον, ἔφη, φυσικοῦ
τινος ἔργου σημαντικόν· ἡ καὶ τὸ τοὺς στάχους θερι-
σθῆναι δύσφημον.

λε'. Ὅμοαξ, σταφυλῇ, σταφίς, πάντα μεταβολαί,
οὐκ εἰς τὸ μὴ ὂν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν μὴ ὂν.

λς'. Αἱσθητικὴ προαιρέσεως οὐ γίνεται· τὸ τοῦ Ἐπι-
κτιτοῦ.

λζ'. Τέχνην δὲ ἔφη περὶ τὸ συγκατατίθεσθαι εὐρεῖν,
καὶ ἐν τῷ περὶ τὰς ὁρμάς τόπῳ τὸ προσεκτικὸν φυλάσ-
σειν, ἵνα μεθ' ὑπεξαίρεσεως, ἵνα κοινωτικαί, ἵνα κατ'
ἀξίαν· καὶ ὁρβέως μὲν παντάπασιν ἀπέχεσθαι, ἐκκλί-
σει δὲ πρὸς μηδὲν τῶν οὐκ ἐφ' ἡμῶν χρῆσθαι.

λη'. Οὐ περὶ τοῦ τυγχόντος οὖν, ἔφη, ἐστὶν ὁ ἀγών,
ἀλλὰ περὶ τοῦ μαίνεσθαι, ἡ μή.

λη'. Ὁ Σωκράτης ἔλεγε· Τί θέλετε; λογικῶν ψυχὰς
ἔχειν, ἢ ἀλόγων; — Λογικῶν. — Τίνων λογικῶν;
θγιῶν, ἢ φαύλων; — Ὑγιῶν. — Τί οὖν οὐ ζητεῖτε;
— Ὅτι ἔχομεν. — Τί οὖν μάχεσθε καὶ διαφέρεσθε;

BIBAIION IB.

α'. Πάντα ἐκεῖνα, ἐφ' ἃ διὰ περιόδου εὐχῇ ἔλθειν, ἤδη
ἔχειν δύνασθαι, ἐὰν μὴ σαυτῷ φονῆς. Τοῦτο δὲ ἐστίν,
ἐὰν πᾶν τὸ παρελθὸν καταλίπῃς, καὶ τὸ μέλλον ἐπι-
τρέψῃς τῇ προνοίᾳ, καὶ τὸ παρὸν μόνον ἀπευθύνῃς πρὸς
δοσιότητα καὶ δικαιοσύνην. Ὅσιότητα μὲν, ἵνα φίλῃς
τὸ ἀπονειμόμενον· σοὶ γὰρ αὐτὸ ἡ φύσις ἔφερε, καὶ σὲ
τούτῳ. Δικαιοσύνην δὲ, ἵνα ἐλευθέρως καὶ χωρὶς πε-
ριπλοκῆς λέγῃς τε τάληθῇ, καὶ πράσσης τὰ κατὰ νό-
μον, καὶ κατ' ἀξίαν· μὴ ἐμποδίζῃ δὲ σε μήτε κακία

« Ne pessimo » inquit, « interitu peream » hoc est, ne gra-
tiam in me collatam referre nequeam.

26. In literis Ephesiorum præceptum erat, ut semper
alicujus ex antiquis, qui virtuti operam dederant, remi-
niscerentur.

27. Pythagorei mane oculos ad cælum tollere nos jubent,
ut eorum recordemur, quæ in iisdem et eadem ratione suum
semper opus perficiunt, et ordinis ac puritatis nudæque
simplicitatis : nullum enim velamentum astri.

28. Qualis fuerit Socrates, ovino vellere succinctus,
quum Xanthippe pallio ejus sumpto foras exisset; et quid
familiaribus suis dixerit pudore suffusus ac recedentibus,
quum eum sic indutum viderent.

29. Nunquam scribendi et legendi præcepta dabis, nisi
prius ipse didiceris. Id multo magis in vita.

30. « Quum liber haud sis, jus loquendi non habes. »

31. « Cor meum mihi risit. »

32. « Virtuti gravibus facient convicia verbis. »

33. Ficum hieme quærere, insani est : talis est, qui li-
beros optat, quando non amplius datur.

34. Filiolem exosculanti præcepit Epictetus, ut intus
diceret : « Cras fortasse morieris. » — At hoc mali ominis.
— Nihil, inquit, mali ominis est, quod opus aliquod na-
tusæ significat, aut etiam « spicas demeti » mali ominis.

35. Uva acerba, matura, passa, omnes mutationes nor
in nihilum, sed in id, quod nunc non est.

36. Liberi arbitrii latro nullus est. Hoc Epicteti.

37. Artem vero assensum præbendi monebat esse repe-
riendam et in loco de appetitionibus cautionem servandam,
ut sint cum exceptione, ut sint societati utiles, ut cujusque
rei dignitatem sequantur, atque appetentia prorsus abstinē-
dum, aversatione autem ad nihil eorum utendum, quæ non
sint in nostra potestate.

38. Non igitur, inquit, certamen est de re vulgari, sed
de eo, utrum insaniamus, necne.

39. Socrates : « Quid, inquit, vultis, utrum animas ha-
bere eorum, qui ratione præditi sunt, an eorum, qui ra-
tione carent? » — Eorum, qui ratione sunt præditi. —
« Quorumnam ratione præditorum? sanorum an pravo-
rum? » — Sanorum. — « Quare igitur eas non quæritis? » —
Quoniam habemus. — « Quamobrem igitur pugnatís et
contentitis? »

LIBER XII.

1. Omnia illa, quæ per ambages assequi cupis, jam
nunc habere potes, nisi tibi ipse invides, hoc est, si,
omisso eo, quod præterit, et eo, quod futurum est, com-
misso providentiæ, id duntaxat, quod præsens est, ad san-
ctitatem et justitiam dirigis : ad sanctitatem, ut diligas ea,
quæ tibi destinantur; tibi enim hoc tulit natura et te huic :
ad justitiam, ut libere et sine ambagibus veritatem loqua-
ris atque secundum legem et pro cujusque dignitate agas.
Ne vero te impediatur neque alterius malitia, neque opinio,

ἄλλοτρία, μήτε ὑπόληψις, μήτε φωνή, μηδὲ μὴν αἰσθησις τοῦ περιτεθραμμένου σοι σαρκιδίου· δέχεται γὰρ τὸ πάσχον. Ἐὰν οὖν, ὅτεδήποτε πρὸς ἐξόδον γένῃ, πάντα τὰ ἄλλα καταλιπὼν, μόνον τὸ ἡγεμονικόν σου καὶ τὸ ἐν σοὶ θεῖον τιμήσης, καὶ μὴ τὸ παύσεσθαι ποτε (τοῦ) ζῆν φοβηθῇς, ἀλλὰ τὸ γε μηδέποτε ἀρξασθαι κατὰ φύσιν ζῆν· ἔση ἄνθρωπος ἀξίος τοῦ γεννήσαντος κόσμου, καὶ παύση ξένος ὢν τῆς πατρίδος, καὶ θαυμάζων ὡς ἀπροσδόκητα τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, καὶ κρεμάμενος ἐκ τοῦδε καὶ τοῦδε.

β'. Ὁ Θεὸς πάντα τὰ ἡγεμονικὰ γυμνὰ τῶν ὑλικῶν ἀγγείων καὶ φλοῶν καὶ καθαρμάτων ὀρεῖ. Μόνῳ γὰρ τῷ ἑαυτοῦ νοεῶν μόνων ἀπτεται τῶν ἐξ ἑαυτοῦ εἰς ταῦτα ἐρρύηκτόντων καὶ ἀπαχστευμένων. Ἐὰν δὲ καὶ σὺ τοῦτο ἐθίσῃς ποιεῖν, τὸν πολὺν περισπασμὸν σεαυτοῦ περιαιρήσεις. Ὁ γὰρ μὴ τὰ περιεχόμενα κρεάδια δρῶν, ἥπου γε ἐσθῆτα, καὶ οἰκίαν, καὶ δόξαν, καὶ τὴν τοιαύτην περιβολὴν καὶ σκηνὴν θεώμενος, ἀσχολήσεται.

γ'. Τρία ἐστίν, ἐξ ὧν συνέστηκεν, σωματίον, πνευματίον, νοῦς. Τούτων τὰλλα, μέχρι τοῦ ἐπιμελεῖσθαι δεῖν, σὰ ἐστί· τὸ δὲ τρίτον μόνον κυρίως σόν. Ὁ ἐὰν χωρίσῃς ἀπὸ σεαυτοῦ, τούτέστιν, ἀπὸ τῆς σῆς διανοίας, ὅσα ἄλλοι ποιῶσιν, ἢ λέγουσιν, ἢ ὅσα αὐτὸς ἐποίησας, ἢ εἶπας, καὶ ὅσα ὡς μέλλοντα ταρασσεῖ, καὶ ὅσα τοῦ περιεχομένου σοι σωματίου, ἢ τοῦ συμφύτου πνευματίου, ἀπροαίρετα πρόσσεστιν, καὶ ὅσα ἡ ἔξωθεν περιβρέουσα δίνη ἐλίσσει, ὥστε, τῶν συνευμαρμένων ἐξηρμένην (καὶ) καθαρὰν τὴν νοερὰν δύναμιν, ἀπόλυτον ἐφ' ἑαυτῆς ζῆν, ποιῶσαν τὰ δίκαια, καὶ θέλουσαν τὰ συμβαίνοντα, καὶ λέγουσαν τὰληθῆ· ἐὰν χωρίσῃς, φημί, τοῦ ἡγεμονικοῦ τούτου τὰ προσρητημένα ἐκ προσπαθείας, καὶ τοῦ χρόνου τὰ ἐπέκεινα, ἢ τὰ παρωχηκότα, ποιήσῃς τε σεαυτὸν, οἷος δ' Ἑμπεδόκληος

Σφαῖρος κυκλοτερής, μονῇ περιήθει γαίων,

μόνον τε ζῆν ἐκμελετήσης, δ' ἤσῃ, τούτέστι, τὸ παρόν· δυνήσῃ τὸ γε μέχρι τοῦ ἀποθανεῖν ὑπολειπόμενον ἀταράκτως καὶ εὐγενῶς καὶ ἴλεως τῷ σεαυτοῦ δαίμονι διαβιώναι.

δ'. Πολλάκις ἐθαύμασα, πῶς ἑαυτὸν μὲν ἕκαστος μάλλον πάντων φιλεῖ, τὴν δὲ ἑαυτοῦ περὶ αὐτοῦ ὑπόληψιν ἐν ἐλάττονι λόγῳ τίθεται ἢ τὴν τῶν ἄλλων. Ἐὰν γοῦν τινα θεὸς ἐπιστάς, ἢ διδάσκαλος ἔμφρων, κελύσῃ, μηδὲν καθ' ἑαυτὸν ἐνθυμεῖσθαι καὶ διανοεῖσθαι, δ' μὴ ἅμα [γε] γινώσκων ἐξοίσει, οὐδὲ πρὸς μίαν ἡμέραν τοῦτο ὑπομενεῖ. Οὕτω τοὺς πελας μάλλον αἰδούμεθα, τί ποτε περὶ ἡμῶν φρονήσουσιν, ἢ ἑαυτούς.

ε'. Πῶς ποτε πάντα καλῶς καὶ φιλανθρώπως διατάξαντες οἱ θεοί, τοῦτο μόνον παρείδον, τὸ ἐνίους τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάνυ χρηστοὺς, καὶ πλεῖστα πρὸς τὸ θεῖον ὥσπερ συμβόλαια θεμένους, καὶ ἐπὶ πλεῖστον δι' ἔργων δόλων καὶ ἱερουργιῶν συνήθεις τῷ θεῷ γενομένους, ἐπειδὴν ἀπαξ ἀποθάνωσι, μηκέτι αὖθις γίνεσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ παντελὲς ἀπεσθῆκεναι; Τοῦτο δὲ εἴπερ καὶ οὕτως

neque vox, nec vero sensus carunculae tibi circumdatae; nam videtur id, quod patitur. Si igitur, quocumque tandem tempore in exitu futurus sis, ceteris omnibus missis, principalem tui partem et divinam particulam magni aestima-veris neque hoc metueris, ne vivere aliquando desinas, sed ne nunquam naturae convenienter vivere incipias; homo eris mundo, qui te protulit, dignus et desines in patria tua peregrinus esse eaque, quae quotidie fiunt, tanquam inopinata admirari et ab hoc vel illo pendere.

2. Deus mentes omnes hisce corporeis vasis, corticibus, sordibus denudatas videt. Sola enim sua ipsius intelligentia ea tantum attingit, quae ab ipso in illas derivata ac delibata sunt. Quod ipsum si tu quoque facere adsueveris, multa temet molestia liberabis. Qui enim carnem sibi circumdatam non respicit, is multo minus in veste, domo, gloria et alio huiusmodi cultu et apparatu contemplandis occupabitur.

3. Tria sunt, ex quibus constas: corpusculum, anima, mens. Horum reliqua, quatenus eorum cura tibi demandata est, tua sunt, tertium autem solum proprie tuum. Quamobrem si a te ipso, hoc est, a mente tua separaveris quaecumque alii dicunt et faciunt, et quaecumque ipse dixisti et fecisti et quaecumque ut futura conturbant et quaecumque vel circumdati corpusculi vel huic congenitae animulae non tui sunt arbitrii, et quaecumque extrinsecus circumfluens vertigo volvit, ita ut vis intelligendi rebus a fato obvientibus exempta, pura ac libera apud se ipsam vivat, justa agens; ea, quae accidunt, libenter accipiens et, quae vera sunt, loquens; si, inquam, a mente haec separaveris, quae e communi cum corpore affectione ei adherent et temporis id, quod futurum est, et id, quod praeteriit, teque ipse feceris talem, qualis est globus Empedocleus:

« Orbis teres mansione latifica gaudens. »

atque id tantum temporis, quod vivis, hoc est praesens, bene ut vivas studueris, poteris id, quod usque ad mortem relinquitur vitae, tranquillius, generosius et genio tuo propitius transigere.

4. Saepenumero mirari soleo, quomodo fiat, ut, quam sese magis quam alios quisque diligat, suam tamen ipsius de se opinionem minoris faciat, quam aliorum. Igitur si cui deus aut prudens praceptor adstans ei praeciperet, ne quidquam cogitaret aut animo conciperet, quod non, simulque conceperit, proferre posset; ne unum quidem diem id sustineret. Adeo magis alios, quid de nobis sentiant, veremur, quam nos ipsos.

5. Quomodo fit, ut dii, qui pulcre et cum singulari erga genus humanum amore omnia disposuerunt, hoc neglexerint, quod inter homines etiam ii, qui admodum proli sunt, qui quasi plurima cum diis commercia habent forsque per opera pia et sacra ministeria maxime familiares exstiterunt, postquam semel defuncti sunt, non amplius reduncunt, sed prorsus exstinguuntur? Hoc si quidem sic se

ἔχει, εὖ ἴσθι, ὅτι, εἰ ὡς ἑτέρως ἔχειν ἔδει, ἐποίησαν ἄν. Εἰ γὰρ δίκαιον ἦν, ἦν ἂν καὶ δυνατόν, καὶ εἰ κατὰ φύσιν, ἤνεγκεν ἂν αὐτὸ ἡ φύσις. Ἐκ δὲ τοῦ μὴ οὕτως ἔχειν, εἴπερ οὐχ οὕτως ἔχει, πιστεύουσθα σοι, τὸ μὴ δεῖσθαι οὕτω γίνεσθαι. Ὅρᾳς γὰρ καὶ αὐτὸς, ὅτι τοῦτο παραζητῶν δικαιολογῇ πρὸς τὸν θεόν· οὐκ ἂν δ' οὕτω διελεγόμεθα τοῖς θεοῖς, εἰ μὴ ἀριστοὶ καὶ δικαιοτάτοί εἰσιν. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἂν τι περιεῖδον ἀδίκως καὶ ἀλόγως ἡμελημένον τῶν ἐν τῇ διακοσμῇσει.

ζ'. Ἐθίξε καὶ ὅσα ἀπογινώσκεις. Καὶ γὰρ ἡ χεὶρ ἡ ἀριστερά, πρὸς τὰ ἄλλα διὰ τὸ ἀνέθιστον ἀργὸς οὖσα, τοῦ χαλινοῦ ἐβρώμενέστερον, ἢ ἡ δεξιὰ, κρατεῖ. Τοῦτο γὰρ εἰθισται.

ζ'. Ὅποιον δεῖ καταληφθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου καὶ σώματι καὶ ψυχῇ· τὴν βραχύτητα τοῦ βίου, τὴν ἀχάνειαν τοῦ ὀπίσω καὶ πρόσω αἰῶνος, τὴν ἀσθένειαν πάσης ὁλης.

η'. Γυμνὰ τῶν φλοιῶν θεάσασθαι τὰ αἰτιώδη· τὰς ἀναφορὰς τῶν πράξεων· τί πόνος· τί ἡδονή· τί θάνατος· τί δόξα· τίς ὁ ἐαυτῷ ἀσχολίας αἴτιος· πῶς οὐδεὶς ὑπ' ἄλλου ἐμποδίζεται· ὅτι πάντα ὑπολήψῃς.

θ'. Ὅμοιον δ' εἶναι δεῖ, ἐν τῇ τῶν δογμάτων χρήσει, παγκρατιαστέῃ, οὐχὶ μονομάχῳ· ὁ μὲν γὰρ τὸ ξίφος, ὃ χρηταί, ἀποτίθεται καὶ ἀναίρεται· ὁ δὲ τὴν χεῖρα ἀεὶ ἔχει, καὶ οὐδὲν ἄλλο, ἢ συστρέφαι αὐτήν, δεῖ.

ι'. Ὅποια αὐτὰ τὰ πράγματα, ὁρᾷ, διαιροῦντα εἰς ὕλην, αἶτιον, ἀναφοράν.

ια'. Ἡλικίην ἐξουσίαν ἔχει ἄνθρωπος μὴ ποιεῖν ἄλλο, ἢ ὅπερ μέλλει ὁ θεὸς ἐπαινεῖν, καὶ δέχεσθαι πᾶν, ὃ ἂν νέμῃ αὐτῷ ὁ θεός.

ιβ'. Τὸ ἐξῆς τῇ φύσει μήτε θεοῖς μεμπτέον· οὐδὲν γὰρ ἔκοντες, ἢ ἄκοντες, ἁμαρτάνουσι· μήτε ἀνθρώποις· οὐδὲν γὰρ οὐχὶ ἄκοντες. Ὡστε οὐδενὶ μεμπτέον.

ιγ'. Πῶς γελοῖος καὶ ξένος ὁ θαυμάζων ὅτι οὖν τῶν ἐν τῷ βίῳ γινομένων;

ιδ'. Ἦτοι ἀνάγκη εἰμαρμένη, καὶ ἀπαράβατος τάξις, ἢ πρόνοια ἰάσιμος, ἢ φυρμὸς εἰκασιότητος ἀπροστάτητος. Εἰ μὲν οὖν ἀπαράβατος ἀνάγκη, τί ἀντιτείνεις; Εἰ δὲ πρόνοια, ἐπιδεχομένη τὸ ἰάσκεσθαι, ἄξιον σαυτὸν ποιήσον τῆς ἐκ τοῦ θεοῦ βοηθείας. Εἰ δὲ φυρμὸς ἀνηγεμόνευτος, ἀσμένειζε, ὅτι ἐν τοιούτῳ τῷ κλύδωνι αὐτὸς ἔχεις ἐν σαυτῷ τινα νοῦν ἡγεμονικόν. Κἂν παραφέρῃ σε ὁ κλύδων, παραφερέτω τὸ σαρκίδιον, τὸ πνευματίον, τὰλλα· τὸν γὰρ νοῦν οὐ παροίσει.

ιε'. Ἦ τὸ μὲν τοῦ λύχου φῶς, μέχρι ὀσεσθῇ, φαίνει, καὶ τὴν αὐγὴν οὐκ ἀποβάλλει· ἢ δὲ ἐν σοὶ ἀλήθεια, καὶ δικαιοσύνη, καὶ σωφροσύνη προαποσβήσεται;

ις'. Ἐπὶ τοῦ φαντασίαν παρασχόντος, ὅτι ἡμαρτε, τί δαὶ οἶδα, εἰ τοῦτο ἁμάρτημα; εἰ δὲ καὶ ἡμαρτεν, ὅτι (οὐ) κατέκρινεν αὐτὸς ἑαυτόν; καὶ οὕτως ὅμοιον τοῦτο τῷ καταδρύπτειν τὴν ἑαυτοῦ ἔθιν. Ὅτι ὁ μὴ θέλων τὸν φαῦλον ἁμαρτάνειν ὅμοιος τῷ μὴ θέλοντι τὴν συκὴν ὅπῃ ἐν τοῖς σύκοις φέρειν, καὶ τὰ βρέφη κλαυθυρίζεσθαι, καὶ τὸν ἵππον χρεμετίζειν, καὶ ὅσα

habet, certo scito, si aliter se habere deberet, deos sic res instituturos fuisse. Nam si justum esset, fieri quoque posset, et si naturæ consentaneum esset, natura id ferret. Ex eo igitur, quod non ita se habet, si quidem non ita habet, persuasum habe, non oportuisse id fieri. Ipse quoque intelligis, te in hac rei indagatione cum deo de jure disceptare, cum diis vero non ita ageremus, nisi optimi et justissimi essent. Quod si ita est, nihil contra justitiæ ac rationis legem in mundi dispositione neglectum prætermiserint.

6. Adesce etiam iis, quæ fieri posse desperas: nam etiam sinistra manus, quum ad alia opera ob desuetudinem iners sit, frenum tamen validius, quam dextra, tenet; ei enim rei adsueta est.

7. Qualem oporteat deprehendi a morte tum corpore tum animo; brevitatem vitæ, immensitatem ævi præteriti ac futuri et omnis materiæ imbecillitatem considera.

8. Nudatas corticibus contemplari formas; et quo referantur actiones; quid dolor; quid voluptas; quid mors; quid gloria; quis sibi ipse molestiarum auctor; quomodo nemo ab alio quoquam impediatur; omnia in opinione sita.

9. Similem esse oportet in decretorum usu pancratiastæ, non gladiatori; hic enim gladium, quo utitur, deponit et interficitur; ille vero manum semper præsto habet, neque alia re opus habet, quam ut manum contorqueat.

10. Quales sint res ipsæ intueri, divisione facta in materiam, formam et rationem, in qua sunt ad alias res.

11. Quanta homini est potentia, ut nihil aliud faciat, nisi quod Deus probaturus sit, et libenter accipiat, quidquid Deus illi assignarit.

12. Quidquid naturæ consequens est, de eo nec dii sunt accusandi, quippe qui nihil nec sponte neque inviti peccant, neque homines; hi enim nihil non inviti peccant. Ergo nihil accusandum.

13. Quam ridiculus ac peregrinus, qui quidquid est eorum, quæ in mundo sunt, admiratur!

14. Aut necessitas fatalis et ordo inviolabilis, aut providentia placabilis, aut confusio temeraria sine summo aliquo rectore. Si igitur necessitas inviolabilis, cur reluctaria? si vero providentia, quæ placari possit, auxilio divino dignum te præsta; si mera confusio, quæ rectore caret, eo contentus esto, quod in tanto rerum fluctu in te ipso mentem aliquam reetricem habes. Quodsi æstus ille te corripuerit, carunculam, animulam et reliqua abripiat! mentem enim non abripiet.

15. An vero erit, ut lucernæ lumen, donec exstinguatur, luceat, et splendorem non amittat; in te autem veritas et justitia et temperantia prius exstinguantur?

16. Si quis opinionem tibi excitet, quasi peccavit, tu tecum: Num certo mihi constat, an hoc sit peccatum? aut si peccaverit, an se ipse peccati reum non damnaverit? Hoc enim perinde est ac si suum ipsius vultum dilaceret. Eum, qui nolit, improbum peccare, similem esse ei, qui nolit ficum in fructibus succum ferre, et infantes vagire et equum hiunire et quæ alia sunt necessaria. Quid enim

ἄλλα ἀναγκαῖα. Τί γὰρ πάθη, τὴν ἔξιν ἔχων τοιαύτην; εἰ οὖν γοργὸς εἶ, ταύτην θεράπευσον.

ιζ'. Εἰ μὴ καθήκει, μὴ πράξης· εἰ μὴ ἀληθὲς ἐστὶ, μὴ εἰπῃς. Ἡ γὰρ ὁρμὴ σου ἔστω.

ιη'. Εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ ὁρᾶν, τί ἐστὶν αὐτὸ ἐκείνο τὸ τὴν φαντασίαν σοι ποιοῦν, καὶ ἀναπτύσσειν, διαιροῦντα εἰς τὸ αἴτιον, εἰς τὸ ὕλικόν, εἰς τὴν ἀναφορὰν, εἰς τὸν χρόνον, ἐντὸς οὗ πεπαῦσθαι αὐτὸ δεήσει.

ιβ'. Αἴσθου ποτὲ, ὅτι χρεῖτόν τι καὶ δαιμονιώτερον ἔχεις ἐν σαυτῷ τῶν τὰ πάθη ποιοῦντων, καὶ καθάπαξ τῶν νευροσπαστούντων σε. Τί μου νῦν ἐστὶν ἡ διάνοια; μὴ φόβος; μὴ ὑποψία; μὴ ἐπιθυμία; μὴ ἄλλο τι τοιοῦτον;

κ'. Πρῶτον, τὸ μὴ εἰκῇ μὴδὲ ἄνευ ἀναφορᾶς. Δεύτερον, τὸ μὴ ἐπ' ἄλλο τι, ἢ ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος τὴν ἀναγωγὴν ποιεῖσθαι.

κα'. Ὅτι μετ' οὐ πολὺ οὐδεὶς οὐδαμοῦ ἴσῃ, οὐδὲ τούτων τί, ἃ νῦν βλέπεις, οὐδὲ τούτων τίς τῶν νῦν βιούντων. Πάντα γὰρ μεταβάλλειν καὶ τρέπεσθαι καὶ φθεῖρεσθαι πέφυκεν, ἵνα ἕτερα ἐφεξῆς γίνηται.

κβ'. Ὅτι πάντα ὑπόληψις· καὶ αὕτη ἐπὶ σοί. Ἄρον οὖν, ὅτε θέλεις, τὴν ὑπόληψιν, καὶ ὥσπερ κάμψαντι τὴν ἄκραν γαλήνην, σταθερὰ πάντα, καὶ κόλπος ἀκύμων.

κγ'. Μία καὶ ἡτισοῦν ἐνέργεια, κατὰ καιρὸν παυσαμένη, οὐδὲν κακὸν πάσχει, καθ' ὃ πέπταται· οὐδὲ ὃ πράξας τὴν πράξιν ταύτην κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ πέπταται, κακὸν τι πέπονθεν. Ὁμοίως οὖν τὸ ἐκ πασῶν τῶν πράξεων σύστημα, ὅπερ ἐστὶν ὁ βίος, ἐὰν ἐν καιρῷ παύσῃται, οὐδὲν κακὸν πάσχει κατ' αὐτὸ τοῦτο, καθ' ὃ πέπταται· οὐδὲ ὃ καταπαύσας ἐν καιρῷ τὸν εἶρμόν τούτων κακῶς διέτελλῃ. Τὸν δὲ καιρὸν καὶ τὸν ὅρον δίδωσιν ἡ φύσις, ποτὲ μὲν καὶ ἡ ἰδία, ὅταν ἐν γήρᾳ, πάντως δὲ ἡ τῶν θλων· ἥς τῶν μερῶν μεταβαλλόντων, νεαρὸς ἀεὶ καὶ ἀκμαῖος ὁ σύμπας κόσμος διαμένει. Καλὸν δὲ ἀεὶ πᾶν καὶ ὠραῖον τὸ συμφέρον τῷ θλω. Ἡ οὖν καταπαύσις τοῦ βίου ἐκάστῳ οὐ κακὸν μὲν, ὅτι οὐδὲ αἰσχρόν· εἴπερ καὶ ἀπροαίρετον, καὶ οὐκ ἀκοινωνήτων· ἀγαθὸν δὲ, εἴπερ τῷ θλω καίριον καὶ συμφέρον, καὶ συμφερόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ θεοφόρητος, ὃ φερόμενος κατὰ ταῦτα θεῶν, καὶ ἐπὶ ταῦτα τῇ γνώμῃ φερόμενος.

κδ'. Τρία ταῦτα δεῖ πρόχειρα ἔχειν. Ἐπὶ μὲν ὧν ποιεῖς, εἰ μήτε εἰκῇ, μήτε ἄλλως, ἢ ὥς ἂν ἡ δίκη αὐτῇ ἐνήργησεν· ἐπὶ δὲ τῶν ἐξωθεν συμβαινόντων, ὅτι ἤτοι κατ' ἐπιτυχίαν, ἢ κατὰ πρόνοιαν· οὔτε δὲ τῇ ἐπιτυχίᾳ μεμπτέον, οὔτε τῇ προνοίᾳ ἐγκλητέον. Δεύτερον, τὸ ὁποῖον ἕκαστον ἀπὸ σπέρματος μέχρι ψυχώσεως, καὶ ἀπὸ ψυχώσεως μέχρι τοῦ τὴν ψυχὴν ἀποδοῦναι, καὶ ἐξ ὧν ἡ σύγκρισις, καὶ εἰς οἷα ἡ λύσις. Τρίτον, εἰ ἄφνω μετέωρος ἐκάρθεις κατασκέψαιο τὰ ἀνθρώπεια, καὶ τὴν πολυτροπίαν, δση, κατανοήσας, συνιδὼν ἅμα καὶ ὅσον τὸ περιεκοῦν ἐναερίων καὶ ἐναίθερων· ὅτι, ὁσάκις ἂν

aliud facere potuit, quum talem habitum habeat? Si igitur strenuus es, hunc habitum sana.

17. Si non convenit, noli id facere; si non est verum, noli id dicere. Tuus enim esto impetus.

18. Universum semper intueri, quid sit ipsum illud, quod opinionem in te excitat, idque diligenter explicare dividendo in causam et materiam et consilium, quo exstiterit, et tempus, intra quod finem sit habiturum.

19. Sentias fac tandem aliquando, esse aliquid in te praestantius et divinius, quam ea, quae affectus movent atque omnino tanquam fiduculis te trahunt. Quid mihi nunc est mens? num metus? num suspicio? num libido? num aliud quid ejusmodi?

20. Primum, ne quid temere aut sine certo consilio. Deinde, ut non alio, nisi ad societatis salutem referatur.

21. Brevi neque ipse ullus usquam eris, nec quidquam eorum, quae vides, neque eorum, qui nunc vivunt, quisquam. Omnia enim ita nata sunt, ut mutantur, vertantur, intereant, ut inde alia sua quaeque serie oriantur.

22. Omnia, opinio; et haec in te sita est. Tolle igitur, quando libet, opinionem, atque, ut promontorium praerecto maris tranquillitas, sic tibi omnia serena et portus aestu vacans.

23. Una aliqua quaecumque demum est actio, quae suo tempore desiit, nihil mali patitur eo, quod desiit; neque is, qui illius actionis auctor est, eo, quod illa desiit, mali quid patitur. Eodem igitur modo omnium actionum complexus, qui vita dicitur, si tempore suo desinet, nihil inde mali patitur, quod desiit, nec qui suo tempore huic seriei finem fecit, male affectus est. Tempus autem ac terminum natura constituit, interdum propria, ut in senectute, omnino autem universi natura, cujus partibus sese mutantibus, novus semper ac vegetus totus mundus permanet. Pulcrum autem semper et tempestivum, quod universo prodest. Cessatio igitur vitae singulis quidem non est malum, quia neque inhonesta est, siquidem neque a potestate nostra pendet nec societati repugnat; bonum autem, si quidem universo tempestiva et commoda est et cum eo fertur. Ita enim etiam numine divino fertur, qui eadem, qua deus, via fertur et mente sua ad eadem fertur.

24. Haec tria in promptu haberi oportet: in iis, quae agis ne quid temere agas aut secus, quam ipsa justitia egisset; in iis vero, quae extrinsecus accidunt, ea vel casu fortuito vel providentia evenire, et neque fortunam culpandam, neque de providentia querendum. Secundum, quae unumquodque sit a semente usque ad animationem, ab animatione usque dum animam reddit, ex quibus conflatum sit, et in qualia dissolvatur. Tertium, si repente in sablime elatus res humanas cernebas, earumque, quanta esset, varietatem considerares, eodem conspectu comprehens dens quantum undique aeriorum et aetheriorum sedes suas habet, te, quotiescunque evectus esses, eadem semper vi

ἐπαρῆς, ταῦτά ὅφει, τὸ ὁμοειδὲς καὶ τὸ ἀλιγοχρόνιον. Ἐπὶ τούτοις ὁ τύφος;

κδ'. Βάλε ἔξω τὴν ὑπόληψιν σίσσασαι. Τίς οὖν ὁ καλῶν ἐκβάλλειν;

κε'. Ὅταν δυσφορῆς ἐπὶ τινι, ἐπελάβου τοῦ, ὅτι πάντα κατὰ τὴν τῶν ὄλων φύσιν γίνεται, καὶ τοῦ, ὅτι τὸ ἁμαρτανόμενον ἀλλότριον, καὶ ἐπὶ τούτοις τοῦ, ὅτι πᾶν τὸ γινόμενον οὕτως αἰετὶ γίνετο, καὶ γενήσεται, καὶ νῦν πανταχοῦ γίνεται, καὶ τοῦ, ὅση ἡ συγγένεια ἀνθρώπου πρὸς πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος οὐ γὰρ αἱματίου, ἢ σπερματίου, ἀλλὰ νοῦ κοινωνία. Ἐπελάβου δὲ καὶ τοῦ, ὅτι ὁ ἐκαστος νοῦς θεός, καὶ ἐκείθεν ἐρρύηκε· τοῦ, ὅτι οὐδὲν ἴδιον οὐδενός, ἀλλὰ καὶ τὸ τεχνίον, καὶ τὸ σωμάτιον, καὶ αὐτὸ τὸ ψυχάριον ἐκείθεν ἐλήλυθεν τοῦ, ὅτι πᾶν ὑπόληψις· τοῦ, ὅτι τὸ παρὸν μόνον ἕκαστος ζῇ, καὶ τοῦτο ἀποβάλλει.

κς'. Συνεγὼς ἀναπολεῖν τοὺς ἐπὶ τινι λίαν ἀγανακτήσαντας, τοὺς ἐν μεγίσταις ὀδύσιν, ἢ συμφοραῖς, ἢ ἔχθραις, ἢ ὀποιαιοῦν τύχαις ἀκμάσαντας· εἴτα ἐπιστάμεν, ποῦ νῦν πάντα ἐκείνα; καπνός, καὶ σποδός, καὶ μῦθος, ἢ οὐδὲ μῦθος. Συμπροσπιπτέτω δὲ καὶ τὸ τοιοῦτον πᾶν, ὅλον Φάβιος Κατοῦλλῖνος ἐπ' ἀγροῦ, καὶ Λούσιος Λαῦρος ἐν τοῖς κήποις, καὶ Στερτίνιος ἐν Βαταῖς, καὶ Τιβέριος ἐν Καπρείαις, καὶ Οὐήλιος Ῥούφος, καὶ ὅλως ἡ πρὸς διουῖν μετ' οἰήσεως διαφορά· καὶ ὡς εὐτελεῖς πᾶν τὸ κατεντεινόμενον· καὶ ὅσῳ φιλοσοφώτερον τὸ ἐπὶ τῆς δοθείσης ὕλης ἑαυτὸν δίκαιον, σώφρονα, θεοῖς ἐπόμενον ἀφελῶς παρέχειν. Ὁ γὰρ ὑπὸ ἀτυφία τύφος τυφόμενος, πάντων χαλεπώτατος.

κη'. Πρὸς τοὺς ἐπιζητοῦντας, «Ποῦ γὰρ ἰδὼν τοὺς θεούς, ἢ πόθεν κατεληφώς, ὅτι εἰσιν, οὕτω σέβεις;» πρῶτον μὲν καὶ ὅφει ὁρατοὶ εἶσιν· ἔπειτα μέντοι οὐδὲ τὴν ψυχὴν τὴν ἑμαυτοῦ ἐώρακα, καὶ ὅμως τιμῶ. Οὕτως οὖν καὶ τοὺς θεούς, ἐξ ὧν τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἐκαστοτε πειρῶμαι, ἐκ τούτων, ὅτι τε εἰσὶ, καταλαμβάνω, καὶ αἰδοῦμαι.

κθ'. Σωτηρία βίου, ἕκαστον δι' ὅλου αὐτὸ τί ἐστὶν ὄρεσθαι, τί μὲν αὐτοῦ τὸ ὕλικόν, τί δαὶ τὸ αἰτιώδες· ἐξ ὧν τῆς ψυχῆς τὰ δίκαια ποιεῖν, καὶ τέληθ' ἰλέγειν. Τί λοιπόν; ἢ ἀπολαύειν τοῦ ζῆν, συνάπτοντα ἄλλο ἐπ' ἄλλω ἀγαθόν, ὥστε μὴδὲ τὸ βραχύτατον διάστημα ἀπολείπειν.

λ'. Ἐν φωὶ ἡλίου, καὶν διεύρηται τοῖχοις, ὁρεσιν, ὁλοῖς μυρίαίς. Μία οὐσία κοινή, καὶν διεύρηται ἰδίως ποῖσι σώμασι μυρίαίς. Μία ψυχὴ, καὶν φύσει διεύρηται μυρίαίς καὶ ἰδίως περιγραφαῖς. Μία νοερά ψυχὴ, καὶν διακεκρίσθαι δοκῇ. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα μέρη τῶν εἰρημέκων, ὅλον πνεύματα καὶ ὑποκειμένα, ἀναίσθητα καὶ ἀνοικεῖατα ἀλλήλοις· καίτοι κακείνα τὸ νοοῦν συνέχει καὶ τὸ ἐπὶ τὰ αὐτὰ βρῖθον. Διάνοια δὲ ἰδίως ἐπὶ τὸ ὁμόφυλον τείνεται, καὶ συνίσταται, καὶ οὐ διεύρηται τὸ κοινωνικὸν πάθος.

λα'. Τί ἐπιζητεῖς; τὸ διαγίγνεσθαι; ἀλλὰ τὸ αἰσθάνεσθαι; τὸ ὁρᾶν; τὸ αἰεσεσθαι; τὸ λήγειν αἰθίς; τὸ φωνῇ

surum esse ejusdemque generis res, easque ad breve tempus duraturas. De his fastus!

25. Ejice foras opinionem, salvus eris. Quis igitur prohibet, quominus eam ejicias?

26. Quando aliquid moleste fers, oblitus es, omnia secundum naturam universitatis fieri; tum vero, alterius peccatum a te alienum esse; praeterea, omnia, quae nunc fiant, semper ita facta esse et futura esse et nunc ubique fieri; porro, quam sancta sit hominis cum universo hominum genere cognatio, non enim sanguinis et seminis, sed mentis communio est. Oblitus vero etiam es hujus, quod animus uniuscujusque ratione praeditus deus est et inde fluxit; tum porro, nihil cuiquam esse proprium, sed et filiolum et corpusculum et ipsam animulam inde fluxisse; porro, omnia in opinione sita esse, denique, unumquemque id tantum temporis, quod praesens est, et vivere et amittere.

27. Continuo recolere memoriam eorum, qui aliqua de re vehementer indignati sunt, qui summis honoribus aut calamitatibus aut inimicitis aliave quacunque fortuna nobilitati sunt, deinde reputare, ubi nunc illa omnia? Fumus et cinis et fabula aut ne fabula quidem. Succurrant tibi porro quae hujus generis sunt omnia, ut Fabius Catullinus rure, Lucius Lupus in hortis, Stertinius Bails, Tiberius Capreis, Vellius (?) Rufus, et quidquid est hujusmodi vehementis stadii, quod opinione nititur; et quam vile omne, quod intenditur, quanto magis philosophum deceat, in quavis data materia justum, temperantem et diis simpliciter obedientem se praestare. Fastus enim sub modestia gliscens omalium maxime intolerabilis.

28. Interrogantibus, «Ubi deos conspicias aut, unde compertum habens, eos esse, eos ita veneraris?» primum etiam visu percipi possunt; deinde vero, neque animum meum vidi et tamen eum in honore habeo. Sic igitur etiam deos ex iis, quibus quoquo tempore eorum vim experior, et esse intelligo et eos veneror.

29. Vitae salus, res singulas ex omni parte, quid sint, intueri, quae earum sit materia, quae forma: toto ex animo, quae justa sunt, facere, quae vera sunt, dicere. Quid reliquum est? quam ut vita fruaris, bonum alii bono ita adnectens, ut ne minimum quidem spatium relinquatur.

30. Unum lumen solis, etiamsi muris, montibus, altisque innumerabilibus dividatur. Una communis materia, etiamsi innumeris corporibus certo modo constitutis dividatur. Una anima, etiamsi naturis innumerabilibus et propriis limitibus dividatur. Unus animus ratione praeditus, etiamsi diremptus esse videatur. Cetera vero rerum, quas dixi, partes, ut spiritus et materiae substratae, sensus expertes et a communionis studio alienae: quamquam etiam has mens continet, et gravitas, quae eas in eundem locum cogit. Mens autem singulari quodam modo ad naturas ejusdem generis fertur, neque divellitur ab ea societatis studium.

31. Quid praeterea expetis? diutius in vita esse? an vero sentire? animo moveri? crescere? rursus denasci? voce

χρησθαι; τὸ διανοεῖσθαι; τί τούτων πόθου σοι ἄξιον δοκεῖ; Εἰ δὲ ἕκαστα εὐκαταφρόνητα, πρόσθι ἐπὶ τελευταῖον, τὸ ἔπεσθαι τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ. Ἀλλὰ μάχεται τῷ τιμᾶν ταῦτα τὸ ἀχθεσθαι, εἰ διὰ τοῦ τεθνηκέναι στερήσεται τις αὐτῶν.

λβ'. Πόστον μέρος τοῦ ἀπείρου καὶ ἀχανοῦς αἰῶνος ἀπομεμέρισται ἑκάστω; τάχιστα γὰρ ἐναφανίζεται τῷ αἰδῶνι. Πόστον δὲ τῆς ὅλης οὐσίας; πόστον δὲ τῆς ὅλης ψυχῆς; ἐν πόσῳ δὲ βωλαρίῳ τῆς ὅλης γῆς ἔρπεις; πάντα ταῦτα ἐνθυμούμενος, μηδὲν μέγα φαντάζου, ἡ τὸ, ὥς μὲν ἡ σὴ φύσις ἀγει, ποιεῖν, πάσχειν δὲ, ὥς ἡ κοινὴ φύσις φέρει.

λγ'. Πῶς ἐαυτῷ χρῆται τὸ ἡγεμονικόν; Ἐν γὰρ τούτῳ τὸ πᾶν ἐστίν. Τὰ δὲ λοιπὰ, εἰ προαιρετὰ ἐστίν, ἡ ἀπροαίρετα, νεκρὰ καὶ καπνός.

λδ'. Πρὸς θανάτου καταφρόνησιν διεγερτικώτατον, ὅτι καὶ οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν καὶ τὸν πόνον κακὸν κρίνοντες, ὁμῶς τούτου καταφρόνησαν.

λε'. Ὡς τὸ εὐκαιρὸν μόνον ἀγαθόν, καὶ ὅ τὸ πλείους κατὰ λόγον ὁρθὸν πράξεις ἀποδοῦναι τῷ ὀλιγωτέρῳ ἐν ἴσῳ ἐστὶ, καὶ ὅ τὸν κόσμον θεωρῆσαι πλείονι, ἢ ἐλάσσονι χρόνῳ οὐ διαφέρει, τούτῳ οὐδὲ ὁ θάνατος φοβερόν.

λς'. Ἄνθρωπε, ἐπολιτεύσω ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ πόλει· τί σοι διαφέρει, εἰ πέντε ἔτεσιν, (ἢ τρισί;) τὸ γὰρ κατὰ τοὺς νόμους ἴσον ἑκάστω. Τί οὖν δεινόν, εἰ τῆς πόλεως ἀποπέμψει σε οὐ τύραννος, οὐδὲ δικαστὴς ἀδικός, ἀλλ' ἡ φύσις εἰ εἰσαγαγούσα; ὅσον εἰ κωμῳδὸν ἀπολύει τῆς σκηνῆς ὁ περπαλαδὼν στρατηγός. — Ἀλλ' οὐκ εἶπον τὰ πέντε μέρη, ἀλλὰ τὰ τρία. — Καλῶς εἶπας ἐν μέντοι τῷ βίῳ τὰ τρία ὅλιον τὸ δρᾶμά ἐστι. Τὸ γὰρ τέλειον ἐκεῖνος ὁρῶν εἰ τότε μὲν τῆς συγκρίσεως, νῦν δὲ τῆς διαλύσεως αἰτίος· σὺ δὲ ἀνάτιος ἀμφοτέρων. Ἀπιθὶ οὖν ἡλεως· καὶ γὰρ ὁ ἀπολύων ἡλεως

uti? cogitare? Eoquid horum tibi videtur desiderio dignum? Quodsi hæc singula satis vilia sunt, progredere ad ultimum, Deum et rationem sequi. Horum autem cultui repugnat, inique ferre, si quis per mortem his cariturus sit.

32. Quantula pars infiniti et immensi ævi unicuique assignata est? celerrime enim in æternitate evanescit. Quantula totius materie? quantula totius animæ? in quantula totius terræ glebula repis? Hæc omnia tecum reputans nihil magni facias, nisi hoc, ut agas, quemadmodum natura tua jubet, et feras, ut communis natura fert.

33. Quomodo mens se ipsa utitur? In hoc enim sita sunt omnia. Reliqua * non tui sunt arbitrii; si non tui arbitrii, cadavera et fumus.

34. Maximam vim ad mortis contemptum excitandum habet hoc, quod etiam il, qui dolorem pro malo et voluptatem pro bono habebant, eam contempserunt.

35. Cui id tantum, quod tempestivum, bonum est, et cui perinde est, plures an pauciores secundum rectam rationem actiones exegerit, et cujus nihil refert utrum longiore an breviori temporis spatio mundum contemplatus sit, huic mors quoque non est formidini.

36. Homo, civis fuisti in magna hac civitate. Quid tua interest, utrum quinque annis, an tribus? Quod enim sit secundum legem, id æquum est unicuique. Quid igitur adeo grave est, si hac civitate te emitit, non tyrannus, non injustus iudex, sed natura, quæ te in eam induxit? perinde ac si histriionem idem prætor, qui eum conduxit, e scena dimittit. — Verum quinque actus fabulæ non peregi, sed tres tantum. — Recte dicis; in vita tamen etiam tres actus totam fabulam constituunt. Finem enim determinat is, qui olim concretionis auctor fuit, et nunc dissolutionis auctor est; tu vero neutrius auctor es. Abi igitur propitius: nam is quoque, qui te exsolvit, propitius est.

INDEX NOMINUM.

A

Adrianus, IV, 33; VIII, 5, 25, 27; X, 27.
 Esculapius, V, 8; VI, 43.
 Agrippa, VIII, 31.
 Alciphro, X, 31.
 Alexander, grammaticus, I, 10. — Platonicus, I, 12 — Macedo, III, 3; VI, 24; VIII, 3; IX, 29; X, 27.
 Antisthenes. Antisthenicum, VII, 36.
 Antoninus, IV, 33; VI, 26, 30, 44; VIII, 25; X, 27.
 Apollonius, I, 8, 17.
 Archimedes, VI, 47.
 Areus, VIII, 31.
 Athenodotus, I, 13.
 Athos, VI, 36.
 Augustus, IV, 33; VIII, 5, 31.

B

Bacchius, I, 6.
 Baiae, XII, 27.
 Beatorum insulae, X, 8.
 Benedicta, I, 17.
 Brutus, I, 14.

C

Cæcilianus, IX, 50.
 Cæsar (Gaius), III, 3; VIII, 3.
 Cæso, IV, 33.
 Caieta, I, 17.
 Camillus, IV, 33.
 Capreae, insula, XII, 27.
 Carmentum, II, 17.
 Cato, I, 14; IV, 33.
 Catullinus. *Vid.* Fabius.
 Catulus, I, 13.
 Cecrops, IV, 23.
 Celer, VIII, 25.
 Chabrias, VIII, 37.
 Chaldaei, III, 3.
 Charax, VIII, 25.
 Chrysippus, VI, 42; VII, 19.
 Clotho, IV, 34.
 Crates, VI, 13.
 Crito, X, 31.
 Cresus, X, 27.

D

Demetrius, Platonius, VIII, 25 — Phalereus, IX, 29.
 Democritus, III, 3.
 Dio, I, 14.
 Diogenes, VIII, 3.
 Diognetus, I, 6.

Diotimus, VIII, 25, 37.
 Domitius, I, 13.

E

Empedocles, XII, 3.
 Epictetus, VII, 19; XI, 34, 36; ejus libri commentarii, I, 7.
 Epicurus, IX, 41.
 Epitynchanus, VIII, 25.
 Eudæmon, VIII, 25.
 Eudoxus, VI, 47.
 Euphrates, X, 31.
 Eutyches, X, 31.
 Eutychio, X, 31.
 Eutychius, I, 6.

F

Fabius Catullinus, XII, 27.
 Falernus (liquor), VI, 13.
 Faustina, VIII, 25.
 Fronto, I, 11.

G

Gaius. *Vid.* Cæsar.
 Granuas, fluvius, I, 17.

H

Helice, IV, 48.
 Helvidius, I, 14.
 Heraclitus, III, 3; VI, 42, 47; VIII, 3.
 Herculaneum, IV, 48.
 Hipparchus, VI, 47.
 Hippocrates, III, 3.
 Hymen, X, 31.

I, J

Julianus, IV, 50.

L

Lacedæmonii, XI, 24.
 Lamia, XI, 23.
 Lanuvium, I, 16.
 Leonatus, IV, 33.
 Lepidus, IV, 50.
 Lorium, I, 16.
 Lucilla, VIII, 25.
 Lucius Lupus, XII, 27.
 Lupus. *Viz.* Lactus.

M

Mæcenas, VIII, 31.
 Marcianus, I, 6.
 Maximus, I, 16, 17; VIII, 25.
 Menippus, VI, 47.
 Monimus, II, 15.

N

Nero, III, 16.

O

Origanio, VI, 47.

P

Panthea, VIII, 37.
 Perdiccas, XI, 25.
 Pergamus, VIII, 37.
 Phalaris, III, 16.
 Philippus, IX, 29; X, 27.
 Philistio, VI, 47.
 Phocio, XI, 13.
 Phœbus, VI, 47.
 Plato, VII, 48; IX, 29; X, 48.
 Pompeii, IV, 48.
 Pompeius, III, 3; VIII, 3.
 Pythagoras, VI, 47.
 Pythagorei, XI, 27.

Q

Quadi. *Vid.* Granuas.

R

Rusticus, I, 7, 17.

S

Sarmatæ, I, 10.
 Satyro, X, 31.
 Scipio, IV, 33.
 Secunda, VIII, 25.
 Severus, I, 14; X, 31.
 Sextus, I, 9.
 Silvanus, X, 31.
 Sinuessa, I, 7.
 Socrates, I, 16; III, 3, 6; VI, 4; VII, 19, 66; VIII, 3; XI, 23, 25, 28, 39.
 Socraticus, X, 31.
 Stertinus, XII, 27.

T

Tandasæ, I, 6.
 Telanges, VII, 66.
 Tiberius, XII, 27.
 Trajanus, IV, 32.
 Tropæophorus, X, 31.
 Tuscula, I, 16.

U, V

Vellius Rufus, XII, 27.
 Verus, Marcus, I, 1; VIII, 37. — Marci frater adoptivus, VIII, 25.
 Vespasianus, IV, 32.
 Volesus, IV, 33.

X

Xanthippe, XI, 28.
 Xenocrates, VI, 13.
 Xenophon, X, 31.